Cassoviense Calendarium ad a. J. C. 1752.

CALENDARIUM CASSOVIENSE AD ANNUM JESU CHRISTI MDCCLII.

BISEXTILEM,

AD

MERIDIANUM CASSOVIENSEM,

ET

Elevationem Poli 48. Graduum, 53. m.

IN USUM

REGNI HUNGARIÆ,

AC

VICINARUM PROVINCIARUM,

OPERA, & STUDIO

CUJUSDAM ASTROPHILI

è SOCIETATE JESU,

IN EPISCOPALI UNIVERSITATE

CASSOVIENSI IN HUNGARIA.

Cum adjecto Itinere Exstatico ATHANASII KIRCHERI in Solem, & Globum Veneris, Indice Nundinarum, Serie Postarum, &c.

Cum Privilegio Sacræ, & Cæsareo-Regiæ Majestatis.

CASSOVIÆ,

Typis Academicis Societatis JESU.

HIC ANNUS CURRENS
A CHRISTO NATO MDCCLII.
BISSEXTILIS
EST

A Mundi Creatione - - - - - - - - - - -	5701.
Ab Urbe Roma condita - - - - - - - - - -	2501.
A Correctione Gregoriana - - - - - - - - - - -	170.
Ab Initio Romani Imperii - - - - - - - - - - -	1778.
A Conversione Hungarorum ad Fidem Catholicam - - - - - - - - -	787.
Ab Initio Regni Hungariæ - - - - - - - - - -	752.
Ab Initio Regni Bohemiæ - - - - - - - - - - -	666.
Ab Initio Turcici Imperii - - - - - - - - - - -	452.
Ab Initio Regni Dalmatiæ - - - - - - - - - - -	1252.
Ab Accessione Regni Croatiæ, Sclavoniæ, & Dalmatiæ ad Coronam Hungariæ - -	682
Serviæ, Bulgariæ, & Bosniæ - - - - - - - -	420.
A Morte S. Stephani I. Regis Hungariæ - - - - - - - - - -	713.
A Rudolpho I. Austriaco Imperatore - - - - - - - - - -	480.
Ab Augustissimæ Imperatricis, MARIÆ THERESIÆ Nativitate 13. Maji - - -	35.
Ab Ejusdem in Reginam Hungariæ Coronatione 25. Junii - - - - - - - -	11.
A Nativitate Regii Principis JOSEPHI BENEDICTI 13. Martii - - - - - - - -	11.

HOC ANNO CURRENTE.

Aureus Numerus - - - - -	5.	Litera Martyrologii - - - - - -	p.
Epacta - - - - - -	14.	Intervallum inter Dominicam post Natalem Domini, & Dominicam Quinquagesimæ continet Hebdomades - - - - -	7.
Cyclus Solaris - - - - -	25.		
Indictio Romana - - - - -	15.		
Litera Dominicalis Stylo novo Gregoriano	BA.	Dominicæ post Pentecosten sunt - -	27.
Litera Dominicalis Stylo veteri Juliano - -	ED.		

FIGURÆ SIGNORUM ZODIACI.

♈ Aries.	♋ Cancer.	♎ Libra.	♑ Capricornus.
♉ Taurus.	♌ Leo.	♏ Scorpio.	♒ Aquarius.
♊ Gemini.	♍ Virgo.	♐ Sagittarius.	♓ Pisces.

FIGURÆ, & NOMINA PLANETARUM, ALIARUMQUE NOTARUM.

● Novilunium.	☌ Conjunctio.	♄ Saturnus.	☽ Luna.
☽ Primus Quadrans.	☍ Oppositio.	♃ Jupiter.	a. m. ante meridiem.
● Plenilunium.	△ Triangul. aspectus.	♂ Mars.	p. m. post meridiem.
☾ Ultimus Quadrans.	□ Quadratus aspectus.	☉ Sol.	G. Gradus.
☊ Caput Draconis.	✱ Sextilis aspectus.	♀ Venus.	H. Hora.
☋ Cauda Draconis.	℞. Retrogr. D. Direct.	☿ Mercurius.	M. Minuta.

JANUARIUS habet Dies XXXI.

Dies Me.	Lit. Do.	FESTA SANCTORUM.	Cur. ☽ Sig.	Cursus ☉ Gr.	Min.	Ort. ☉ H.M.	Occ. H.M.	Aspectus Lunæ cum Planetis, & horum inter se, ac variæ observationes in singulos dies.
1	a	Circumcisio D.N.J.C.	♋	10 ♑	43	7.53	4. 7	□♃♀. ✱♃. □♂. Ter Sanctum No-
☉ ☞ *Dom. vacat. Evang. Oct. S. Steph. Proto-Mart.* Ecce ego mitto ad vos Prophetas. *Matth. 23.*								
2	B	Macarii Abbatis.	♋	12	44	7.53	4. 7	● h. 2. m. 35. a. m. ✱♀. men felix
3	c	Genovefæ Virginis.	♌	13	45	7.52	4. 8	□♀. huic anno sit omen. Luna oritur
4	d	Titi Episcopi.	♌	14	46	7.52	4. 8	☌♃. ☿ ingr. ♒. h. 4. m. 7. p. m. lucet
5	e	Telesph. Pap. M. Vig.	♌	15	47	7.51	4. 9	□☿. h. 11. m. 50. *Principium anni hu-*
6	f	Epiphania Domini.	♍	16	48	7.50	4.10	☍♂. *jus ad frigus rigidius accedere vi-*
7	g	Luciani Martyris.	♍	17	49	7.49	4.11	☍♄. ♃ ingr. ♊. *detur, adstipulante*
8	a	Severini Abbatis.	♎	18	50	7.48	4.12	✱♃. *præsertim Lunâ decimâ quartâ.*
☉ ☞ *Dom. infra Oct. 1. Epiph. Evang.* Cùm natus esset JESUS annorum 12. *Lucæ 2.*								
9	B	Juliani Martyris.	♎	19	1	7.48	4.12	☾ h. 11. m. 46. a. m. Luna oritur h. 12.
10	c	Agathonis Papæ.	♎	20	2	7.47	4.13	□♃. △♂. noctis, m. 48. lucet h. 6.
11	d	Hygini Papæ.	♏	21	3	7.47	4.13	☍♀. *Nec deerit priori tenori prorogan-*
12	e	Probi Episcopi.	♏	22	4	7.46	4.14	△♄. *do Luna vicesima prima, cujus ta-*
13	f	Mauri Abbatis.	♐	23	6	7.45	4.15	△♃. □♂. ☾ apogæa. *men gelu nati-*
14	g	Hilarii Episcopi.	♐	24	7	7.44	4.16	□♄. ☾ ☊. *vum nives deciduæ mitiga-*
15	a	Pauli I. Eremitæ.	♐	25	8	7.43	4.17	✱♄☿. *bunt intermicantibus aliquantò*
☉ ☞ *Dom. II. post Epiph. Evang.* Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. *Joan. 2,*								
16	B	SS. Nominis JESU.	♑	26	9	7.42	4.18	● h. 4. m. 29. p. m. ♂ ingr. ♌. *Solis*
17	c	Antonii Abbatis.	♑	27	10	7.41	4.19	△♀. *radiis. Luna nova ventos è borea-*
18	d	Cathed. S. Petri Rom.	♒	28	11	7.40	4.20	□♃☉. ♀ ingr. ♐. *libus plagis spiran-*
19	e	Canuti Reg. Mart.	♒	29	13	7.39	4.21	✱♃☿. *tes ad vehementiam ciebit, qui*
20	f	Fab. & Sebast. MM.	♓	0 ♒	14	7.37	4.23	☌☉☿. ☉ in ♒. *demùm positis flabris*
21	g	Agnetis Virg. Mart.	♓	1	15	7.36	4.24	☌♂. *in nives iteratas, easque densiores*
22	a	Vincentii Martyris.	♈	2	16	7.35	4.25	☍♄. *subsident, neque his parcet Sol*
☉ ☞ *Dom. III. post Epiph. Evang.* Cùm descendisset JESUS de monte. *Matth. 8.*								
23	B	Desponsatio B. M. V.	♈	3	17	7.34	4.26	□♃. *in* ♒. *brevi lymphâ solvendis.*
24	c	Timothei Episcopi.	♉	4	18	7.33	4.27	☽ h. 6. m. 8. a. m. Luna oritur post Solis
25	d	Conversio S. Pauli.	♉	5	19	7.32	4.28	✱♄. occasum, lucet h. 7. *clari dies splen-*
26	e	Polycarpi Ep. Mart.	♊	6	20	7.30	4.30	☽ perig. ♄ in ♑. *dori solis conjuncti lu-*
27	f	Joann. Chrysostomi.	♊	7	21	7.29	4.31	✱♄♀. ☾ ☋. *cem quidem diurnam mi-*
28	g	Margarithæ V. R. UF.	♊	8	22	7.28	4.32	✱♃♀. *tiorem reddent, ast nocturnis*
29	a	Franc. Salesii Episc.	♋	9	23	7.26	4.34	☌♄♂. *tenebris frigus intensius con-*
☉ ☞ *Dom. Septuag. Evang.* Simile est Regnum Cœlorum homini Patrifamilias. *Matth. 20.*								
30	B	Martinæ Virg. Mart.	♋	10	24	7.24	4.35	✱♄☉. *ciliabunt. Nec deerunt venti,*
31	c	Petri Nolasci Conf.	♋	11	25	7.25	4.36	● h. 3. m. 19. p. m. *nives & nebulæ.*

TABELLA NOVA AUREORUM CREMNICENSIUM à 4. Fl. 12. xr.

Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.
1	4	12	5	21	—	9	37	48	13	54	36	17	71	24
2	8	24	6	25	12	10	42	—	14	58	48	18	75	36
3	12	36	7	29	24	11	46	12	15	63	—	19	79	48
4	16	48	8	33	36	12	50	24	16	67	12	20	84	—

ATHANASII KIRCHERI ITINERIS EXSTATICI IN SOLEM,

DIALOGI. I.

Interlocutoribus Cosmiele, & Theodidacto.

CONTINUATIO.

Cosmiel. ATque hinc tertium dubium resultat, quod nonnullorum Philosophorum ingenia tantoperè torquet, dum concipere nequeunt, solem tantam fumidarum exhalationum copiam perpetuò exhalantem, nihil tamen de substantia sua perdere; qui sit memoratum in natura rerum secretum nôssent, atque tantam veritatem penetrarent, nunquam ampliùs dubitaturos omninò mihi persuadeo. Exemplum habes in terra, quæ à rerum conditu non cessat, ingenium nubium moles, exhalationúmque innumerabilium copiam eructare, nec tamen in hunc usque diem defecisse comperitur; nec mirum est, siquidem eodem fœnore, quo in altum abierunt terrestrium exhalationum, vaporúmque agmina, eodem mox origini suæ in pluvias, grandines, nives resoluta restituuntur. Idem in Sole, cæterísque planetarum globis fieri tibi persuadeas velim. Ut itaque multa tandem paucis concludamus. Quemadmodum vorticés in æthereo expanso unà cum globis circumaguntur, ita & cometa in æthereo Oceano sine ulla repugnantia provehi, & hinc inde agitari potest; Vortices tamen à natura sua alienos, naturæ quodam dictamine vitat. Sed hæc de Cometarum solarium genesi sufficiant.

Theod. Certè ex hoc admirando tuo ratiocinio latentem hucusque veritatem tam luculenter apprehendo, ut nullum ampliùs dubitandi locum mihi superesse videam; imò nihil adeò in sublimium corporum natura reconditum, insolitum, invisúmque esse video, quod non ex tuis principiis summâ facilitate juxta ac amœnitate solvi possit. Porrò nihil restat, nisi ut mihi exponas mi Cosmiel, quomodo tam ingens, atque adeò immensum corpus, cujus fines explorare nec dum licuit, moveatur, cujus tamen hucusque nullum motum sensi, neque etiam hucusque ulla stella apparuit, ad cujus motum conferre possim. *Cosmiel.* Cùm motus hujus globi 24. horarum spatio 69143. leucas horarias conficiat, certè velocissimum illum esse oportet,

 quod

FEBRUARIUS habet Dies XXIX.

Dies M.	Lit. Dō.	FESTA SANCTORUM.	Cur. ☽ Sig.	Cursus ☉ Gr.	Min.	Ort. ☉ H.M.	Occ H.M.	Aspectus Lunæ cum Planetis, & horum inter se, ac variæ observationes in singulos dies.
1	d	Ignatii Episc. Mart.	♌	12 ♒	26	7.22	4.38	△ ♄. △ ♂. *Crescente luce diurnâ am-*
2	e	Purificatio B. M. V.	♍	13	27	7.21	4.39	✱ ♂ ☉. ☌ ♃. *plùs accrescet vis frigo-*
3	f	Blasii Episcopi Mart.	♍	14	28	7.20	4.40	☍ ♄. *ris, gelu, & rigor terræ, acceden-*
4	g	Andreæ Corsini Episc.	♎	15	29	7.19	4.41	*tibus præcipuè à candida, & orbe pleno*
5	a	Agathæ Virg. Mart.	♎	16	30	7.18	4.42	✱ ♄ ☿. *radiante Luna serenibus nocti*
☉ ☞ Dom. Sexages. Evang. Exiit, qui seminat seminare semen suum. Lucæ 8.								
6	B	Dorotheæ Virg. Mar.	♎	17	31	7.15	4.45	☍ ♂. *bus. Aura gelida nonnihil remit-*
7	c	Romualdi Abbatis.	♏	18	32	7.14	4.46	✱ ♃. ☿ ingr. ♈. *tet ob ventos ab oris*
8	d	Joan. de Matha Conf.	♏	19	33	7.13	4.47	☾ h. 0. m. 30. a. m. *Australibus, & occi-*
9	e	Apolloniæ Virg. M.	♐	20	34	7.12	4.48	△ ☿. *duis plerumque imbri, & niviferos*
10	f	Scholasticæ Virginis.	♐	21	35	7.10	4.50	□ ♃. ☾ apogæa. *spirantes, hoc tamen*
11	g	Euphrosinæ Virg.	♐	22	36	7. 9	4.51	△ ♄. ☾ ☊. *Mercurii in arietem ingres-*
12	a	Eulaliæ Virg. Mart.	♑	23	36	7. 7	4.53	△ ♀. *sus plurimùm sistet, & serenos*
☉ ☞ Dom. Quinquages. Evang. Ecce ascendimus Hierosolymam. Lucæ 18,								
13	B	Antonii Episc. Conf.	♑	24	37	7. 6	4.54	△ ♃. ♀ ingr. ♑. *Soli conjunctus dies*
14	c	Valentini Martyris.	♒	25	38	7. 5	4.55	✱ ♃ ♀. *revehet. Immiti Boreâ terris in-*
15	d	Faustin. & Jovit. MM.	♒	26	38	7. 4	4.56	● h. 9. m. 11. a. m. *cumbente bruma*
16	e	Dies Cinerum.	♓	27	39	7. 2	4.58	✱ ♄. *rursus gelu suum obtinebit, acce-*
17	f	Juliani Martyris.	♓	28	40	7. 0	5. 0	✱ ♂ ☿. *dente potissimùm Lunâ novâ, &*
18	g	Simeonis Ep. Mart.	♓	29	41	6.59	5. 1	△ ☿. *terraquæ mutuatitium lumen su-*
19	a	Conradi Placen. Conf.	♈	0 ♓	41	6.57	5. 3	☉ ingred. ♓. *um negante. Lunæ incre-*
☉ ☞ Dom. Invocavit. I. Quadrag. Evang. Ductus est JESUS in desertum. Matth. 4.								
20	B	Eusebii Episcopi.	♉	1	41	6.55	5. 5	✱ ♃ ☉. *mentum luminis capienti socia-*
21	c	Felicis Episcopi.	♉	2	42	6.52	5. 8	♄ in ♑. *bitur unà augmentum intempe-*
22	d	Cathed. S. Petri Ant.	♉	3	43	6.50	5.10	☽ h. 6. m. 52. p. m. *riei alternantis: ac*
23	e	Petri Damian. Q. T. †.	♊	4	45	6.47	5.13	□ ♄ ♀ *cum nivibus, & frigore collu-*
24	f	Dies Intercal. Vig. †.	♊	5	44	6.45	5.15	☽ ☋, & perigæa. *ctantis, Saturno præ-*
25	f	Mathiæ Apost. Q. T. †.	♋	6	45	6.44	5.16	✱ ♃. *sertim in ♑. hærente; succedet dein*
26	g	Victoris Mart. Q. T. †.	♋	7	45	6.42	5.18	□ ♄ *sat temperatus æther, ac Solis ra-*
☉ ☞ Dom. Reminisc. II. Quadrag. Ev. Assumpsit JESUS Petrum, & Jacobum, & Joan. Matth. 17.								
27	A	Nestoris Episc. Mart.	♌	7	45	6.40	5.20	□ ♄. *diis locum dabit, Lunâ pariter su-*
28	b	Leandri Episcopi.	♌	8	46	6.39	5.21	☿ ingr. ♉. *am symbolam conferente, &*
29	c	Romani Abbatis.	♍	9	46	6.37	5.23	□ ♂. *Mercurio in Taurum ingrediente.*

TABELLA NOVA AUREORUM CREMNICENSIUM à 4. Fl. 12. xr.

Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.
21	88	12	28	117	36	35	147	—	42	176	24	49	205	48
22	92	24	29	121	48	36	151	12	43	180	36	50	210	—
23	96	36	30	126	—	37	155	24	44	184	48	51	214	12
24	100	48	31	130	12	38	159	36	45	189	—	52	218	24
25	105	—	32	134	24	39	163	48	46	193	12	53	222	36
26	109	12	33	138	36	40	168	—	47	197	24	54	226	48
27	113	24	34	142	48	41	172	12	48	201	36	55	231	—

quod vero tibi immobilis videatur, nihil aliud, quàm oculorum deceptio eſt, cùm nullus motus ſenſibilis, niſi comparatione ad aliud vel immotum, vel actu motum videatur, navi enim incluſus, navem immotam ſenties; ſed hæc jam trita ſunt. Sentisne Theodidacte vehementem aëris ſolaris concitationem? *Theod.* Sentio, & jam dudum hujus rei cauſam à te ſciſcitari vole bam. *Coſmiel.* Vehementem corporis motum, uti & magna incendia, cujusmodi globi ſunt, vehemens aëris agitatio veluti lucem umbra ſequitur. Vidiſtine turbulentas hujus igniti pelagi agitationes? ſenſiſtine inſtabilem ætherei Oceani ex impulſu motus Solis volubilitatem? *Theod.* Senſi. *Coſm.* Certè non aliud inde ſequitur, quàm ut tota atmoſphæra hæc, ſive vortex turbulentiſſimus reddatur, tum propter diurnum globi motum, tum ob menſtruum circa axim, tum denique ob vehementes globi eructationes. *Theod.* Bene omnia probas, & ego jam oculis, & auribus percipio, quæ vix ulli hucuſque Philoſophorum in mentem inciderunt; ita quidem, ut cum veritate irrefragibili aſſerere audeam, in tota mundana machina globum turbulentiorem ſolari non reperiri. Jam & cauſas video, cur maculæ tam exiguo tempore durent, quæ uti evaporationes ſunt, ita à valida atmoſphæræ commotione agitatas, diſſipatásque mox in tenues auras evaneſcere neceſſe eſt. Sed putásne, finem habebunt Philoſophi noſtri, tam inſolitarum rerum narrationi? *Coſmiel.* Philoſophi, qui experientiâ rerum ducti, rem non tantùm abſtractiva quadam conſideratione æſtimare ſolent, ſed armatis Dei beneficio oculis, intuitivè, quæ Deus ultimis hiſce temporibus mundo manifeſta eſſe voluit, cæcorum miracula contemplantur, hæc non ſolùm approbabunt, ſed & ambobus brachiis amplexabuntur. Quæ ego te docui, ſcias, non tantùm rationi, ſed & ſacræ Scripturæ, & SS. Patribus, uti ſuprà audîſti, eſſe quàm maximè congrua, ſi quis circa dicta animo tuo ſcrupulus inhæreat.

Theod. Sed dic, rogo, quomodo globus hic, aut à quo moveatur? *Coſmiel.* Scias divino conſilio globo huic ſicut & omnibus aliis naturalem quandam inditam fuiſſe inclinationem ad talem, & talem motum non alium tum circa terram, tum circa axem cochloidem in forma helicis conſtitutum, qui tamen virtutem ſuam complere non poſſet, niſi à præſidibus intelligentiis juxta præſcriptam naturæ legem in certos fines dirigeretur; quemadmodum enim operationes, ac mirifici brutorum inſtinctus directioni primæ cauſæ ſubſtant. ita motus globorum juxta ideam in mente Opificis ſupremi inexiſtentem ab intelligentiis diriguntur: Cùm verò ratio archetypa ſit æterna, infallibilis, & neceſſaria, hinc fieri non poteſt, ut unquam à præſcripto ſi

MARTIUS habet Dies XXXI.

Dies Mē.	Lit. Dō.	FESTA SANCTORUM.	Cur. ☽ Sig.	Curſus ☉ Gr.	Min.	Ort. ☉ H.M.	Occ. ☉ H.M.	Aſpectus Lunæ cum Planetis, & horum inter ſe, ac variæ obſervationes in ſingulos dies.
1	d	Albini Epiſcopi.	♍	10 ♓	47	6.35	5.25	● h. 4. m. 3. a. m. ♂ ingr. ♍. *Frigi-*
2	e	Simplicii Papæ.	♍	11	47	6.34	5.26	△♂. *diuſculi, & nubibus commixti dies*
3	f	Cunegundis Virgin.	♎	12	47	6.32	5.28	☌♃. *Martios Soles perturbant, adſtipu-*
4	g	Caſimiri Confeſſoris.	♎	13	48	6.30	5.30	✱♀. *lante præcipuè Martis in* ♍. *in-*
Dom. Oculi. III. Quadrag. Evang. Erat JESUS ejiciens dæmonium. *Lucæ 11.*								
5	A	Hadriani Martyris.	♏	14	48	6.29	5.31	□♄☉. *greſſu, quidquid contrà nitatur*
6	b	Coletæ Virginis.	♏	15	48	6.28	5.32	△☉♀. *candida Phœbe, & ſerenitatem*
7	c	Thomæ Aquinatis.	♏	15	48	6.26	5.34	✱♃. ☍♂. *amœnam revehere conſue-*
8	d	Joannis de Deo.	♐	16	48	6.24	5.36	☾ h. 1. m. 14. p. m. ☾ apogæa. *ſcens,*
9	e	Franciſcæ Rom. Vid.	♐	17	49	6.22	5.38	□♃. ☾☊. *verùm concitatus aër aſperior*
10	f	Quadraginta MM.	♑	18	49	6.20	5.40	△♀. ♀ ingr. ♒. *ob Veneris in Aquari-*
11	g	Eulogii Martyris.	♑	19	49	6.18	5.42	△♄. *um appulſum, ventique vehemen-*
Dom. Lætare. IV. Quadrag. Evang. Abiit JESUS trans mare Galilææ. *Joan. 6.*								
12	A	Gregorii Papæ Mart.	♑	20	48	6.16	5.44	△♂. *tiores cum ſubſequis pluviis ini-*
13	b	Nicephori Epiſcopi.	♒	21	48	6.14	5.46	□♄. ♃ ingr. ♋. *micam cauſant in-*
14	c	Mathildis Reginæ.	♒	22	48	6.13	5.47	△♃. *temperiem. Mox benigni aſpectus*
15	d	Raymundi Abbatis.	♓	23	48	6.11	5.49	● h. 11. m. 33. p. m. *præcipuè Jovis in*
16	e	Hilarii Epiſcopi.	♓	24	48	6. 9	5.51	☍♀. *Cancro, & Veneris Lunæ cæcæ op-*
17	f	Patricii Epiſcopi.	♈	25	48	6. 8	5.52	△☿. *poſitæ ſat amænos dies vernos pro-*
18	g	Cyrilli Epiſcopi.	♈	26	47	6. 6	5.54	✱♂. ✱☉. *ximè futuros præſagiunt,*
Dom. Judica. Paſſion. V. Quadr. Evang. Quis ex vobis arguet me de peccato? *Joan. 8.*								
19	A	Joſephi Spoſ. B. M. V.	♉	27	47	6. 4	5.56	☌♄. *qui & continuant, & claram diem*
20	b	Joachimi Conf.	♉	29	47	6. 2	5.58	△♄♀. ☾☋. *nocti æquam præbent.*
21	c	Benedicti Abbatis.	♊	0 ♈	46	6. 0	6. 0	☉ ingred. ♈. Æquinoctium Vernum.
22	d	Catharinæ Suec. Virg.	♊	1	46	5.58	6. 2	✱♄. □♃. ☾ perigæa. *Succedunt venti*
23	e	Othonis Confeſſ.	♋	2	45	5.56	6. 4	☽ h. 7. m. 36. a. m. *ab Aquilone ſpiran-*
24	f	Gab. Arch. 7. Dol. B. V.	♋	3	45	5.54	6. 6	✱♀. *tes, qui nimbiferum cœlum red-*
25	g	Annunciatio B. M. V.	♌	4	44	5.52	6. 8	☌☿. ☿ ingr. ♊. *dunt, accedente in* ♊.
Dom. Palm. VI. Quadr. Evang. Cùm appropinquaret JESUS Hieroſolymis. *Matth. 21.*								
26	A	Ludovici Epiſcopi.	♌	5	44	5.51	6. 9	□♄☿. *Mercurio, & plumbeo Saturno*
27	b	Ruperti Epiſcopi.	♌	6	43	5.49	6.11	△♂. *caduceatori nimìs vicino. Sed pau-*
28	c	Guntrami Epiſcopi.	♍	7	43	5.47	6.13	✱☿. *lò poſt Sol aureus videbitur, Lunâ*
29	d	Mechtildis Virginis.	♍	8	42	5.46	6.14	☍♄. *plenâ nec pallidâ, nec rubea, ſed*
30	e	Cœna Domini.	♎	9	40	5.44	6.16	● h. 4. m. 47. p. m. *candidâ inceden-*
31	f	Paraſceve.	♎	10	39	5.42	6.18	✱♃. *te, & ſerenitatem revehente.*

TABELLA NOVA AUREORUM CREMNICENSIUM à 4. Fl. 12. xr.

Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.
56	235	12	60	252	—	64	268	48	68	285	36	72	302	24
57	239	24	61	256	12	65	273	—	69	289	48	73	306	36
58	243	36	62	260	24	66	277	12	70	294	—	74	310	48
59	247	48	63	264	36	67	281	24	71	298	12	75	31[illegible]	—

bi tramite, finibúsque deficiant; Sæd hæc jam aliàs planius à me didicisti; ultimum tibi restat conspiciendum. *Theod.* Vix dixerat, cùm ecce me in momento in invisam quandam solarem insulam deposuit, cujus utinam, uti vellem, sic possem, claritatem, & pulchritudinem describere, sed nullum verborum pondus, nullam tam studiosè affectatam orationem assignari posse, quæ si præstet, cognosco; omnia hic auro lucidissimo, & veluti diaphano, quod in crystalum auream dixeris, non malè dixeris, corruscare video, neque quicquam in rebus terrenis concipi potest huic comparandum; carbunculi, smaragdi, saphyri, chrysoliti, amethysti, nihil ob colorum, qua miscebantur, varietatem esse videbantur. O Cosmiel, quid hoc sibi vult forsan me in Paradisum introduxisti? aut in Empyrei cœli atrium quoddam? *Cosmiel.* Sustine parumper, & majora videbis. *Theod.* Et ecce panditur interea domus omnipotentis olympi, & derepente admirandnm quoddam pluchritudinis theatrum obvium video; viri inusitatæ magnitudinis se se sistunt, quorum splendorem nulla tam felix penna est, quæ describere sufficiat, tot animatos Soles dixisses. O Cosmiel siste pauxillum, ut tantæ pulchritudinis decorem propiùs intuear, deficit enim anima mea in tantæ beatitudinis contemplatione; quid fulgor ille, quem evibrant supra omnes fulgores gratiosus? quid æstus vehemens, quem continuò spirant, quid paludamenta, quibus operiuntur ex vena lucis purissimæ constituta? quid fulgaris instar concitata membrorum vivacitas? quid alarum remigia super omnem iridis colorum varietatem admiranda?

Cosmiel. Hi sunt lucidissimi spiritus summi rerum Monarchæ ministri beatissimi; hi sunt hujus, quem vides, solaris globi præsides, quorum virtute, & perenni concursu, admirandæ virtutes in universas mundi semitas juxta ideæ archetypæ rationes, quibus conformantur, in mundi bonum, conservationémque distribuuntur, naturalésque hujus globi facultates, uti & numerum quibus funguntur, diversitatem, hoc quem vides, ac stupes, symbolico apparatu exprimuntur; neque opus est, ea tibi probo symbolicæ significationis interpreti fusiùs exponere; intelligenti pauca. *Theod.* Dic, rogo, ex quo choro tam ineffabilis pulchritudinis spiritus sunt? *Cosmiel* Ex Seraphico ordine, qui dum faciem Dei sine intermissione intuentur, divini amoris æstu inflammati, sine temporum syllabis, quod æterna ejùs voluntas velit, legunt, eligunt, ac diligunt, sempérque legunt, & nunquam præterit id, quod legunt; eligendo, & diligendo, divini consilii immutabilitatem legunt, neque clauditur codex eorum, nec liber eorum complicatur, quoniam Deus ipse illis hoc est, & erit in æternum; laudant semper, unde

APRILIS habet Dies XXX.

Dies Mi.	Lit. Do.	FESTA SANCTORUM.	Cur. ☽ Sig.	Cursus ☉ Gr.	Min.	Ort. ☉ H.M.	Occ. H.M.	Aspectus Lunæ cum Planetis, & horum inter se, ac variæ observationes in singulos dies.
1	g	Sabbatum Sanctum.	♎	11 ♈	38	5.41.	6.19	□ ☿. *Aprilis, quanquam principiô satis*
		Dom. Resurrect. D. N. J. C. Evang. Maria Magdalene, Maria Jacobi. *Marci 16.*						
2	A	PASCHA.	♏	12	37	5.39	6.21	✶ ♂ ☿. *pacatus, & serenus, à solito*
3	b	Fer. II. Paschatis.	♏	13	37	5.37	6.23	△ ♄ ☉. *tenore suo haudquam recedet,*
4	c	Fer. III. Paschatis.	♐	14	36	5.36	6.24	□ ♀. *Venere præsertim in frigido pisci*
5	d	Vincent. Ferrer. Conf.	♐	15	35	5.34	6.26	□ ♃. ♀ ingr. ♓. ☾ ☊. *um signo. consi*
6	e	Guilielmi Confess.	♐	16	34	5.32	6.28	△ ♄. ☾ apogæa. *stente; hinc intempe-*
7	f	Sixti Papæ.	♑	17	33	5.30	6.30	☾ h. 1. m. 58. a. m *ries varia jam cum*
8	g	Mariæ Ægyptiacæ.	♑	18	31	5.28	6.32	□ ☿. *Solis radiis, jam cum pluviis fre-*
		Dom. in Albis. I. post Pascha. Evang. Cùm serò esset die illa. *Joan. 20.*						
9	A	Amantii Confess.	♒	19	30	5.26	6.34	△ ♂. *quentioribus alternas vices tene-*
10	b	Ezechielis Proph.	♒	20	29	5.25	6.35	☍ ☿. *bit, præsertim ubi frigidus Satur-*
11	c	Leonis Papæ.	♓	21	28	5.23	6.37	✶ ♄ ☿. *nus à Mercurio Vertumno non*
12	d	Zenonis Martyris.	♓	22	27	5.21	6.39	✶ ♂. *nisi sexaginta gradibus distabit, u-*
13	e	Hermenegild. Mart.	♈	23	26	5.20	6.40	☌ ♄. *náque Lunæ conjungetur. Nec*
14	f	Tiburtii Martyris.	♉	24	24	5.18	6.42	● h. 7. m. 48. a. m. *spes affulget à Luna*
15	g	Anastasii Martyris.	♉	25	23	5.16	6.44	△ ♃. ♂ ingred. ♎ *nova melioris, &*
		Dom. Misericordiæ. II. post Pascha. Evang. Ego sum Pastor bonus. *Jovn. 10.*						
16	A	Lamberti Martyris.	♉	26	22	5.15	6.45	✶ ♄. ☿ ingr. ♋. *peculiaris temperiei*
17	b	Aniceti Pap. Martyr.	♊	27	20	5.13	6.47	△ ♀. *obtinendæ; nam dum Mars Li-*
18	c	Valerii Martyris.	♊	28	19	5.11	6.49	□ ♃. ☾ ☋. *bram ingreditur, utpote au*
19	d	Antoniæ Virginis.	♋	29	18	5.10	6.50	☌ ☉ ☿. ☾ perigæa. *tumnale, & pluvium*
20	e	Sulpitii Martyris.	♋	0 ♉	16	5. 8	6.52	✶ ♀. ☉ in ♉. *signum, & Mercurius*
21	f	Anselmi Episcopi.	♋	1	15	5. 6	6.54	☽ h. 8. m. 20. p. m. *Cancrum attingit,*
22	g	Soteris, & Caii MM.	♌	2	13	5. 5	6.55	✶ ♂. *jam pluviæ timendæ, jam sereni-*
		Dom. Jubilate. III. post Pascha. Evang. Modicum, & jam non videbitis me. *Joan. 16.*						
23	A	Adalberti Episc. M.	♌	3	11	5. 3	6.57	□ ♄. *tas optanda est. Temperati proin-*
24	b	Georgii Martyris.	♍	4	10	5. 1	6.59	△ ♀. *de Soles terræ frugibus augmen-*
25	c	Marci Evangelistæ.	♍	5	8	5. 0	7. 0	□ ♂ ☿. *tandis quàm proficui sunt expe-*
26	d	Cleti, & Marcell.	♎	5	5	4.58	7. 2	☍ ♄. *ctandi, quos maximè reducet Jovis*
27	e	Anastasii Papæ.	♎	6	7	4.57	7. 3	△ ♂. *cum Mercurio conjunctio, & Luna*
28	f	Vitalis Martyris.	♎	7	3	4.56	7. 4	☌ ♃ ☿. *plena influxibus suis benignis ter-*
29	g	Petri Martyris.	♏	8	1	4.55	7. 5	● h. 5. m. 31. a. m. *ram vegetans, & A-*
		Dom. Cantate. IV. post Pascha. Evang. Vado ad eum, qui misit me. *Joan. 16.*						
30	A	Catharinæ Sen. Virg.	♏	9	0	4.53	7. 7	✶ ♃. *prili meliorem terminum imponens.*

TABELLA NOVA AUREORUM CREMNICENSIUM à 4 Fl. 12. xr.

Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.
76	319	12	81	340	12	86	361	12	91	382	12	96	403	12
77	323	24	82	344	24	87	365	24	92	386	24	97	407	24
78	327	36	83	348	36	88	369	36	93	390	36	98	411	36
79	331	48	84	352	48	89	373	48	64	394	48	99	415	48
80	336	—	85	357	—	90	378	—	95	399	—	100	420	—

unde gaudent, quia semper vident, unde gaudere valeant, & laudare; in sapientiæ semitis perpetuò meditantur, divinæ providentiæ dispositioni perenni cura insistunt; unde fieri non potest, ut vel in minimo operum divinorum aberrent, quos tanta gloria decoravit, tanta gratia ditavit, tanto robore confirmavit æterna sapientia. *Theod.* O quis mihi det, ut in tam beato spirituum consortio degam! O æterne rerum Conditor, O vita, & desiderium meum! si creaturis tuis tantæ pulchritudinis, & decoris excellentiam contulisti, quem, qualémque te concipiam? O pulchritudo antiqua omnium pulchritudinum consummatio, gratia gratiarum omnium desiderabilium eminentissima, virtus unica, virtutum omnium complementum! O æterna veritas, ô vera charitas, ô chara æternitas, affunde cordi meo ardentissimum amoris tui ignem, ut operum tuorum magnitudine, & pulchritudine inflammatus te cognoscam, te possideam, téque cum beatissimis hisce Seraphicis spiritibus æternum amando fruar. *Cosmiel.* Satis Theodidacte, en ad alia contemplanda procingimur; tempus est, ut reliquos nobis lustrandos mundanæ fabricæ globos adeamus. *Theod.* Fac quod jubes, relictóque solari globo mox in immensi ætheris domicilia longè sublimiori carpento quàm quo Prometheum vectum legimus, traduxit.

CAPUT V.

De Itinere in Globum Martis, & de mira ejus constitutione.

Theod. O Cosmiel, fidelis dux, & director meus, ubinam locorum hæremus? & quando tandem noctem operiemus, quâ reliquam cœlestis hujus domicilii œconomiam contemplari possimus, siquidem ad hoc usque tempus (si tamen tempus in tam exotico rerum statu concipi possit) in perpetua eáque intensissima globi solaris luce morati, neque noctem, neque tenebras ullas, neque ullum ex reliquis mundanis globis videre contigit? sed neque, quis mensis, aut quis ejus currens dies sit? recordor. *Cosmiel.* Cùm omnis temporis mensura sumatur ex comparatione immotæ telluris, ad eum, qui perpetuò circa eam fit siderum motum; in Sole verò ob intensam lucem omnes reliquorum globorum splendores evanescant, certum est in eo neque temporis mensuram, neque dierum, noctiúmque vicissitudines, neque ulla horarum discrimina assignari posse, cùm hæc omnia ex ortu, & occasu siderum, quorum

MAJUS habet Dies XXXI.

Dies M.	Lit. D.	FESTA SANCTORUM.	Cur. ☽ Sig.	Cursus ☉ Gr.	Min.	Ort. ☉ H.M.	Occ. H.M.	Aspectus Lunæ cum Planetis, & horum inter se, ac variæ observationes in singulos dies.
1	b	Philippi, & Jacobi Ap.		10 ♉	58	4.52	7. 8	⚹ ♄ ♂. ♀ ingr. ♈. *Majus in exordio*
2	c	Athanasii Episcopi.		11	56	4.50	7.10	□ ☿. ♉ ingr. ♌. ☾ apog. *admodum*
3	d	Inventio S. Crucis.		12	54	4.48	7.12	△ ♃. ☾ ♌. *serenus ingreditur, præ-*
4	e	Floriani Martyris.		13	52	4.46	7.14	△ ☿. *sertim Mercurio in Leone consti*
5	f	Pii V. Papæ Confess.		14	50	4.45	7.15	☍ ♄ ♀. *tuto; hinc sperandi sunt satis*
6	g	Joannis ante Port. Lat.		15	48	4.43	7.17	☾ h. 2. m. 42. p. m. *calidi dies verni.*

☉ | ☞ | *Dom. Rogate. V. post Pascha. Evang.* Amen, Amen dico vobis, si quid petieritis. *Joan.* 16.

7	A	Stanislai Episc. Mart.		16	46	4.42	7.18	△ ♂. *Ast Saturnus Veneri oppositus*
8	b	Appar. S. Mich. Dies		17	44	4.40	7.20	△ ♀. *veris amœnitatem perturbabit,*
9	c	Gregor. Nazia. Roga-		18	42	4.39	7.21	△ ♂ ♀. *humidis suis influxibus ter-*
10	d	Gordiani M. tionum.		19	40	4.38	7.22	☍ ♃. *ræ immissis, ciendo etiam, si va-*
11	e	Ascensio D. N. J. C.		20	38	4.36	7.24	☌ ♃ ☉. *leret, præmatura fulgetra. Ve-*
12	f	Nerei, Achillei MM.		21	36	4.35	7.25	⚹ ☿. *rùm Solis radii Jovi conjuncti ca*
13	g	Alexandri Martyris.		22	34	4.34	7.26	● h. 7. m. 30. p. m. *lorem temperatum*

☉ | ☞ | *Dom. Exaudi. Infra Oct. Asc. VI. post Pascha. Ev.* Cùm venerit Paraclitus. *Joan.* 15. & 16.

14	A	Bonifacii Martyris.		23	32	4.32	7.28	□ ♃ ♂. *dabunt, miscebit tamen Luna*
15	b	Isidori Martyris.		24	30	4.30	7.30	△ ♃. ☾ ☋. *nova ventos asperiores, præ-*
16	c	Joannis Nepomuc. M.		25	27	4.29	7.31	△ ♀. ☿ ingr. ♍. ☾ perigæa. *cipuè an-*
17	d	Ubaldi Episcopi.		26	25	4.28	7.32	□ ♃. *telucanos. Redibit postliminiò ca-*
18	e	Venantii Martyris.		27	23	4.27	7.33	☌ ♂. ♃ ingr. ♌. *lor moderatus Jove*
19	f	Petri Cœlestini.		28	21	4.26	7.34	☍ ☿. *in Leone consistente, intermixtis*
20	g	Bernard. Sen. Vig. †.		29	18	4.25	7.35	□ ♄. ☿ in ♍. *frugiferis pluviis.*

☉ | ☞ | *Dominica Pentecostes. Evang.* Si quis diligit me, sermonem meum servabit. *Joan.* 14.

21	A	PENTECOSTES.		0 ♊	16	4.24	7.36	☽ h. 9. m. 4. a. m. ☉ ingr. ♊. *Hanc*
22	b	Fer. II. Pentecostes.		1	14	4.23	7.37	△ ♄. *proficuam temperiem continuabit*
23	c	Fer. III. Pentecostes.		2	11	4.22	7.38	⚹ ☿. *Solis in geminos ingressus, atque*
24	d	Joannæ Matr. Q. T. †.		3	9	4.21	7.39	⚹ ♂. *Luna in primo augmenti sui qua-*
25	e	Urbani Papæ Mart.		4	6	4.20	7.40	☌ ♃. *dranțe constituta. Movebit tamen*
26	f	Philip. Ner. Q. T. †.		5	4	4.19	7.41	□ ♂. *hæc eadem ventos frigidiores. Mox*
27	g	Magdal. Pazz. Q. T. †.		6	1	4.18	7.42	△ ♂ ☿. ♀ ingr. ♉. *Veneris in Tau-*

☉ | ☞ | *Dom. SSS. Trinit. I. post Pent. Evang.* Data est mihi omnis potestas. *Matth.* 28.

28	A	SSS. Trinitatis.		7	59	4.17	7.43	◐ h. 6. m. 15. p. m. *rum ingressus æo-*
29	b	Restituti Martyris.		8	56	4.16	7.44	△ ♄ ♀. *lum compescet, & optatissi-*
30	c	Felicis Papæ Mart.		9	54	4.15	7.45	□ ♃. ♂ ingr. ♏. ☾ apogæa. *mam*
31	d	Petronillæ Virginis.		10	51	4.14	7.46	☌ ♀. ☾ ♌. *serenitatem revehet.*

TABELLA NOVA AUREORUM CÆSAR. & REGIN. ORDIN. à 4. Fl. 10. xr.

Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.
1	4	10	5	20	50	9	37	30	13	54	10	17	70	50
2	8	20	6	25	—	10	41	40	14	58	20	18	75	—
3	12	30	7	29	10	11	45	50	15	62	30	19	79	10
4	16	40	8	33	20	12	50	—	16	66	40	20	83	20

hucuſque nullum vidiſti, dependeant; Scias tamen hoc eodem temporis momento, Solem Romæ eſſe meridianum, Feſtúmque SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli ſumma ſolennitate celebrari. *Theod.* Fieríne poteſt, tam parum nos temporis à primo itineris noſtri auſpicio conſumpſiſſe? *Coſmiel.* Ita eſt, ſed miranda rerum ſpectacula, quæ intuitus es, omne tibi hucuſque impenſum tempus breve reddiderunt; Sed agedum, proſequamur iter. Et mox incredibili velocitate in remotiſſimum me æthereæ regionis locum conſtituit *Coſmiel.* Eleva oculos tuos. *Theod.* O Coſmiel, horreo, cunctóſque meos ſtupor occupat artus. *Coſmiel.* Quid vides tanta admiratione dignum? *Theod.* Infernalem ego globum non oculis tantùm intueri, ſed & incredibili, fætidáque mephiti tantùm non exanimatus ſentire, quin & ingenti turbinum vertigine agitari videor; deſine, deſine obſecro ulterius provehi; magna enim mihi mala ab hoc globo imminere auguror; ſiquidem cholerico me pathemate penitùs, & neſcio, quo iræ, & indignationis motu incandeſcere ſentio. *Coſmiel.* Ne timeas fili mi, cùm enim intra vorticem, ſeu atmoſphæram Martii globi conſtituaris, mirum non eſt, te vehementi ejus influxu in tanta cholericæ affectionis pathemata concitari; contra quæ hoc balſami vitæ cœleſtiſque liquoris antidotum accipe. Eóque nares, aures, os imbuit, & protinus confortatus reſpiravi, rapidáque vertigine in globum Martium ad neſcio cujus Vulcani montis crepidinem me depoſuit, cujus vertex ſine numero piceos flammarum globos eructabat, vidiſſes undantem ruptis fornacibus Æthnam, flammivomóſque globos, liquefactáque voluere ſaxa, tanta fœtoris globo proprii graveolentia, ut fieri non poſſe credam, hominem non divino præſervatum ſubſidio hic vel ad momentum vitam tolerare poſſe; ſaxea montium moles veluti fuligine quadam imbuta videbatur, ipſa verò ſubſtantia quaſi ſulphur, arſenicum, auripigmentum cæteráque malignæ, & exitialis qualitatis corpora, quæ veluti bitumen quoddam & naphtam copioſè ſudabant, mentiebatur; neque tamen horum quicquam erat, neque enim graviolentia, neque mineralium ſpecies ſimiles noſtris comparebant, ſed quia verba, quibus illa exprimam, deſunt, viſitatis mihi mineralium corporum ſpeciebus, ſecundum analogiam quandam ad dictas ſpecies comparatam, mentem meam explicare cogor.

Theod. Rogo te Coſmiel per magnum DEI tetragrammaton nomen, ut mihi exponas tam exoticam rerum faciem; deficit enim anima mea præ tantorum intuitu mirabilium. *Coſmiel.* Suſtine, majora paulò poſt videbis, jam tantùm in primum hujus globi veſtibulum introductus es. Globus enim hic Martis dicitur ab Aſtronomis, ac rectè quidem; hic enim perpetuâ mar-

JUNIUS habet Dies XXX.

Dies Me.	Lit. Dt.	FESTA SANCTORUM.	Cur. ☽ Sig.	Cursus. ☉ Gr.	Min.	Ort. ☉ H.M.	Occ. H.M.	Aspectus Lunæ cum Planetis, & horum inter se, ac variæ observationes in singulos dies.
1	e	Corporis Christi.	♑	11 ♊	49	4.13	7.47	☍ ♄ ☉. *Saturnus Soli oppositus intem-*
2	f	Erasmi Episc. Mart.	♑	12	46	4.12	7.48	□ ☿. *periem jam inter pluvias, jam in-*
3	g	Clotildis Reginæ.	♒	13	44	4.12	7.48	✱ ♃. *ter calores alternantem præ-*
☉ ☞		*Dom. infra Oct. Corp. Chr. II. post Pent. Ev.* Homo quidam fecit cœnam magnam. *Luc. 14.*						
4	A	Optati Episcopi.	♒	14	41	4.11	7.49	□ ♀. *sagit. Augmenta tamen indies*
5	b	Bonifacii Episcopi.	♓	15	38	4.10	7.50	☾ h. 4. m. 26. a. m. *capit prævalens*
6	c	Norberti Episcopi.	♓	15	36	4. 9	7.51	△ ♂. ♀ ingr. ♎. *calor. Hinc in tonitrua*
7	d	Roberti Abbatis.	♈	16	33	4. 9	7.51	☍ ♃. *resolvuntur vapores humidi à*
8	e	Medardi Episcopi.	♈	17	31	4. 9	7.51	□ ♂. *Phœbo attracti, & in densas nu-*
9	f	Primi, & Felicia. MM.	♉	18	28	4. 8	7.52	☌ ♄. *bes coacti. Redit his dispulsis, &*
10	g	Margaritæ Reg. Scot.	♉	19	25	4. 7	7.53	✱ ☿. *post deciduos vehementes imbres*
☉ ☞		*Dom. III. post Pent. Evang.* Erant appropinquantes ad JESUM. *Lucæ 15.*						
11	A	Barnabæ Apost.	♊	20	22	4. 7	7.53	☌ ♃ ☉. *amœnior è turbine Cynthius.*
12	b	Joan. à S. Facund. M.	♊	21	20	4. 6	7.54	● h. 4. m. 18. a. m. *Continuat vis calo-*
13	c	Antonii de Padua.	♋	22	17	4. 6	7.54	☍ ♄ ☿. ☾ perigæa. *ris, Sole præcipuè*
14	d	Basilii Magni Episc.	♋	23	14	4. 6	7.54	∟ ♃ ♂. *ex putatitia Lunæ umbra emer-*
15	e	Viti, & Modesti MM.	♌	24	12	4. 5	7.55	☍ ♀. *gente. Verùm pluviarum quid-*
16	f	Francisci Reg. C. S. J.	♌	25	9	4. 5	7.55	△ ♃. *piam ciebit Venus Lunæ opposita,*
17	g	Adolphi Episc.	♌	26	6	4. 5	7.55	☌ ♂. *& Mercurius eidem sideri con-*
☉ ☞		*Dom. IV. post Pent. Evang.* Cùm turbæ irruerent in JESUM. *Lucæ 5.*						
18	A	Marc. & Marcel. MM.	♍	27	3	4. 4.	7.56	✱ ☿. *junctus, nec tamen diurnæ erunt,*
19	b	Julianæ de Falc. Vir.	♍	28	0	4. 4.	7.56	☽ h. 10. m. 48. p. m. *nam rursus Sol*
20	c	Silverii Papæ.	♎	29	58	4. 4.	7.56	□ ♀. *adauge stationis suæ prævalidæ*
21	d	Aloysii Gonzag. S. J.	♎	0 ♋	55	4. 4.	7.56	☉ in ♋. Solstitium Æstivum. *ascendens*
22	e	Paulini Episcopi C.	♏	1	52	4. 4.	7.56	☌ ♀. ♀. ingr. ♊. *frugiferam tempe-*
23	f	Agripinæ Virg. Vig. †	♏	2	49	4. 4.	7.56	△ ♄ ♀. *riem reducet, quam auctum ibit*
24	g	Nativit. S. Joan. Bapt.	♏	3	46	4. 4.	7.56	△ ♂. *Venus in Geminos ingrediens.*
☉ ☞		*Dom. V. post Pent. Evang.* Nisi abundaverit justitia vestra. *Matth. 5.*						
25	A	Prosperi Episcopi.	♐	4	45	4. 4	7.56	△ ♄. *Invidebit dein serenitati Satur-*
26	b	Joann. & Pauli MM.	♐	5	41	4. 5	7.55	✱ ♃. *nus terraquam obliquè despicien-*
27	c	Ladislai Reg. Ung. C.	♑	6	38	4. 5	7.55	● h. 7. m. 59. a. m. *lunam, præ sertim*
28	d	Leonis Papæ. Vig. †.	♑	7	35	4. 5	7.55	☍ ♂. *dum candidam Phœben ex inter-*
29	e	Petri, & Pauli Ap.	♑	8	32	4. 6	7.54	△ ♃. *ventu umbræ terrestris pallescere,*
30	f	Commemor. S. Pauli.	♒	9	29	4. 6	7.54	✱ ♄. *& in nigrorem abire advertet.*

TABELLA NOVA AUREORUM CÆSAR. & REGIN. à 4. Fl. 10. xr.

Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.
21	87	30	27	112	30	33	137	30	39	162	30	45	187	30
22	91	40	28	116	40	34	141	40	40	166	40	46	191	40
23	95	50	29	120	50	35	145	50	41	170	50	47	195	50
24	100	—	30	125	—	36	150	—	42	175	—	48	200	—
25	104	10	31	129	10	37	154	10	43	179	10	49	204	10
26	108	20	32	133	20	38	158	20	44	183	20	50	208	20

iorum elementorum pugnâ confligitur; hic Mars furore omnia complet, hic Vulcanus arma cudit, quibus terrigenûm genus perpetua calamitatum iliade infestet; hic ignis & aquæ piceæ perpetua lucta: hic omnia solari globo, cæterisque contraria intueris. Quô dictô, è vestigio me sublatum ad immensum Oceanum, quasi pice, & bitumine succensum constituit. *Theod.* O Cosmiel, si gratiam inveni in oculis tuis, abeamus obsecro, quis enim hujus globi fœditatem sustineat? quis fumos, fumorúmque pestiferorum halitus, graveolentémque mephitim exprimat? non equidem puto in natura rerum scabrosius, asperius, inæqualius, squallidius corpus reperiri, montem pice succensum veriùs dixeris, quàm globum. *Cosmiel.* Modicæ fidei quid trepidas? quid quereris? quid indignaris? Nónne ego tecum sum, qui te ab omnibus eruam periculis? patet certè, te plus æquô radios hausisse virtutis Martiæ; ne fœdum, aut pestiferum dicas, quod Deus ad mundi conservationem, & ornamentum tantâ providentiâ disposuit. *Theod.* Condona rogo tantæ meæ infirmitati acquiesco tibi, méque totum quantus quantus sum, tuo relinquo arbitrio, nunc itaque explices hujus globi mysteria.

Cosmiel. Faciam quod petis, ubi priùs globi totius constitutionem ostendero. Quo dicto me solito inclusum vehiculo, singula globi lustranda exhibuit. Globus videbatur ex lento quodam humore constitutus, quem si cum pice nostra liquida sulphuri mixtâ comparavero, non aberrabo, ita tamen totum succensum erat, ut flammas si non adeò lucidas, subfuscas tamen, & veluti fuligine plenas ex intimis visceribus vehementi ebullitione eructaret; ex hoc, inquam, liquore lento, & solida materia asperrima, scabrosissimáque, quæ sulphur, aut arsenicum, vel auripigmentum referret quidem, sed ita durum, quàm queat esse quælibet marpesia cautes; inflammari quidem videbatur, non tamen consumi utpote ἄσβεςον, à terreni globi mineralibus, proprietate, qualitate tantùm differre à terris, quantum Cœli patet altus hiatus; hic innumeros vidisses vulcanios montes perpetua ignis incendia vomentes; hic lacus nigra flamma succensi tantos fumorum globos eructabant, ut totam Cœli faciem fuligine sua obfuscarent; tanta hic ubique fulmina, fulgura, tonitrua tam ingenti fragore percipiebantur, ut omnes terreni globi tempestates earum comparatione non nisi ludus dici possint. Deinde ad immensam, nullisque finibus clausam voraginem in formam crateris profundissimis finibus excavatam pervenimus, cujus nigerrimi fundi facies non aliud, quàm inferni barathrum exprimebat. Quid sibi hæc omnia exotica spectra volunt? *Cosm.* Recordarísne fili mi, te, cùm ex tellure hunc globum aspiceres, in exteriori globi superficie veluti fluitantia quædam corpora, in centro verò ejusdem superficiei

JULIUS habet Dies XXXI.

Dies Me.	Lit. Dñ.	FESTA SANCTORUM.	Cur. ☽ Sig.	Cursus ☉ Gr.	Min.	Ort. ☉ H.M.	Occ. ☉ H.M.	Aspectus Lunæ cum Planetis, & horum inter se, ac variæ observationes in singulos dies.
1	g	Eberhardi Episcopi.	♒	9 ♋	27	4. 6	7.54	✱ ♀. ☿ ingr. ♏. *Mercurius suo ad*
☼	☞	*Dom. VI. post Pent. Evang.* Cùm multa turba esset cum JESU. *Marci 8.*						
2	A	Visitatio B. M. V.	♓	10	24	4. 7	7.53	△ ☿. *Scorpionem appulsu nonnihil at-*
3	b	Heliodori Episcopi.	♓	11	21	4. 7	7.53	☍ ♃. *mosphæram commovebit. Succe-*
4	c	Udalrici Episcopi.	♈	12	18	4. 8	7.52	☾ h. 4. m. 11. p. m. *dent dies clari, &*
5	d	Athanasii Diaconi.	♈	13	15	4. 9	7.51	☌ ♄. *calidi, nec deerunt tonitrua, sæ-*
6	e	Isaiæ Prophetæ.	♈	14	12	4.10	7.50	□ ♂. *vas post se tempestates, & pluri-*
7	f	Wilibaldi Episcopi.	♉	15	10	4.10	7.50	△ ♀. *mas in antelucanum usque tem-*
8	g	Elisabeth. Reg. Port.	♉	15	7	4.11	7.49	△ ♃. *pus corruscationes trahentia.*
☼	☞	*Dom. VII. post Pent. Evang.* Attendite à falsis Prophetis. *Matth. 7.*						
9	A	Cyrilli Martyris.	♊	16	4	4.12	7.48	✱ ♂. *Hinc varia temperies, & fre-*
10	b	Septem Fratr. MM.	♊	17	1	4.12	7.48	✱ ♄. ☾ ☋. *quentiores imbres in den-*
11	c	Pii Papæ Mart.	♋	18	58	4.13	7.47	● h. 8. m. 55. a. m. *sas, & feraces nu-*
12	d	Joann. Gualb. Abb.	♋	19	56	4.13	7.47	*bes concrescent. Promovebit hunc reci-*
13	e	Anacleti Papæ Mart.	♌	20	53	4.14	7.46	□ ♃ ♀. *procum tenorem Luna nova,*
14	f	Bonaventuræ Episc.	♌	21	50	4.15	7.45	△ ♂ ☉. *præcipuè Martis ad Sagitta-*
15	g	Divisio Apostolor.	♍	22	47	4.16	7.44	✱ ♃. ♂ ingr. ♐. *rium appulsus.*
☼	☞	*Dom. VIII. post Pent. Evang.* Homo quidam erat, dives, qui habebat villicum. *Lucæ 16.*						
16	A	B. M. V. de Mont. Car.	♍	23	44	4.17	7.43	✱ ☿. *Hinc calor cum pluviis alternas*
17	b	Alexii Confessoris.	♎	24	41	4.18	7.42	□ ♄ ♀. *vices obtinebit, dum Venus non*
18	c	Symphorosæ Mart.	♎	25	39	4.19	7.41	☽ h. 9. m. o. p. m. ♀ ingr. ♋. *nisi 90.*
19	d	Vincentii à Paulo C.	♎	26	36	4.20	7.40	*gradibus à Saturno distabit, & primum*
20	e	Margaritæ Virg. M.	♏	27	33	4.21	7.39	☍ ♄. *Cancri gradum suo cursu attinget.*
21	f	Praxedis Virg. Mar.	♏	28	30	4.22	7.38	□ ♂. *Augebitur quidem æstus ob Solis,*
22	g	Mariæ Magdalenæ.	♐	29	28	4.23	7.37	☌ ☿. *& caniculæ viciniam, sed ingru-*
☼	☞	*Dom. IX. post Pent. Evang.* Videns civitatem flevit super illam. *Lucæ 19.*						
23	A	Apollinaris Episc.	♐	0 ♌	25	4.24	7.36	☉ in ♌. *entes pluviæ fervorem hunc*
24	b	Christinæ Vir. Vig. ✝.	♐	1	22	4.25	7.35	□ ♄. ☾ ☊. *temperaturæ sunt adeò, ut*
25	c	Jacobi Ap. Christoph.	♑	2	20	4.26	7.34	□ ♃. ☾ apogæa. *messi timendum sit, ne*
26	d	Annæ Matris B. M. V.	♑	3	17	4.27	7.33	● h. 7. m. 44. p. m. *falcis labor in*
27	e	Pantaleonis Martyr.	♒	4	14	4.28	7.32	✱ ♄. ☿ ingred. ♐. *campis, & agris*
28	f	Nazarii, & Celsi MM.	♒	5	11	4.30	7.30	△ ♄ ☿. *præ nimio humore in putredi-*
29	g	Marthæ Virginis.	♓	6	9	4.31	7.29	✱ ♃ ☉. *nem abeat, aut granum in*
☼	☞	*Dom. X. post Pent. Evang.* Duo homines ascenderunt in templum. *Lucæ 18.*						
30	A	Abdon, & Sen. MM.	♓	7	6	4.32	7.28	△ ♄ ☉. *spica excrescat. Mitigatis*
31	b	Ignatii Con. Fun. S. J.	♓	7	4	4.34	7.26	△ ♂. *imbribus succedent sereni Soles.*

TABELLA NOVA AUREORUM CÆSAR. & REGIN. ORDIN. à 4. Fl. 10. xr.

Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.
51	212	30	55	229	10	59	245	50	63	262	30	67	279	10
52	216	40	56	233	20	60	250	—	64	266	40	68	283	20
53	220	50	57	237	30	61	254	10	65	270	50	69	287	30
54	225	—	58	241	40	62	258	20	66	275	—	70	291	40

ficiei rotundam veluti maculam quandam obſervâſſe ? *Theod.* Omninò me ſimilia obſervâſſe, memini. *Coſmiel.* Macula, quam vidiſti, hæc vorago eſt, quam non ſemper, ſed eam quandoque cernunt terrigenæ; cùm enim globus circa proprium ſuum axem vertitur, fit, ut tunc compareat, quando plaga hæc terreno globo rectà obtertitur; alio verò ſitu ab oculis obſervantium ſe ſe ſubducit; corpora quoque in extima ſuperficie velut fluitantia, ſunt ingentes vaporum, exhalationúmque fumi, qui non ſemper, ſed tunc, cùm vehementiùs globus æſtuaverit, ſpectantur; poſt aliquantum verò temporis reſoluti globo ſuo reſtituuntur; ut vel hinc habeas litem illam, quam Aſtronomi ſibi invicem movent deciſam, dum alii dicta phænomena ſe obſervâſſe affirmant, contrà alii ea ſe notâſſe negant, utrique bene ſentiunt de phænomenis diverſis temporibus obſervatis. *Theod.* Sed in quem finem immenſam hanc voraginem (quam ſine dubio toti Africæ æqualem æſtimo) in natura rerum conſtitutam putes nôſſe deſiderarem. *Coſmiel.* Vides crateres innumeros fundo hujus voraginis inſitos, cernis ut liquefactum ſulphur unà cum bitumine miſtum bulliat? *Theod.* Miror, & præ formidine vix ſpiro.

Coſmiel. Scias hunc globum immenſis undique meandris, cuniculísque perfoſſum, ac cavernis ingentibus excavatum; canales verò per cæca globi viſcera longè latéque exporrecta, deductáque, bullientem materiam in cavernas interiores, deinde forinſecus in crateres ſibi à natura deſtinatos evolvere, igne intrinſecus latente defluxilis materiæ apparatum in ſuos fines urgente; nam, ùt ſuprà de ſolari globo diſſeruimus, fieri non poteſt, ut globus appropriatam ſuam virtutem in finem, ob quem naturæ Opifex eam globo inſeruit, exerat, niſi per continuum motum, & motum quidem circulationis; cùm enim totus globus in inferiora virtute ſua influxiva agat, totus autem agere non poſſet, ſi ſuperficie tantum tenus, virtutem ſuam exſpiraret, atque adeò interior centralium partium conſtitutio otioſa à natura inſtituta videretur; quare certò tibi perſuaſum habeas, perennem hanc liquidæ materiæ pericycloſin inſtitutam, ut ea corporum in viſceribus globi latitantium virtute ignis pariter ibidem à natura reconditi, virtute multiplici tincta, imbutáque vim acquiſitam ad extra diffuſam, deinde per radioſam diffuſionem circumſitis mundi globis diſtribueret, quemadmodum de Oceani terreſtris motu ad ſeminalium rationum miſcellas cæcis viſceribus latentes concitandas inſtituto, ſuprà diximus. *Theod.* Eſtne globus hic ex quatuor elementis conſtitutus? *Coſmiel.* Dixi jam tibi aliàs, non hunc tantùm globum, ſed & cæteros omnes totius mundanæ machinæ non aliis elementis conſtare, quàm iis, quibus Conditor ſapientiſſimus chaos illud ſuum primordiale conſtitutum voluit,

AUGUSTUS habet Dies XXXI.

Dies Mens.	Lit. Dom.	FESTA SANCTORUM	Cur. ☽ Sig.	Cursus ☉ Gr.	Min.	Ort. ☉ H.M.	Occ. H.M.	Aspectus Lunæ cum Planetis, & horum inter se, ac variæ observationes in singulos dies.
1	c	Petri ad Vincula.	♉	8 ♌	2	4.35	7.25	△ ♄ ☿. Cum octavo mense pari-
2	d	Steph. Pap. Portiunc.	♉	9	58	4.36	7.24	□ ♃ ♀. ter temperiès moderata, misso
3	e	Inventio S.Steph.Prot.	♉	10	56	4.38	7.22	☾ h. 4. m. 55. a. m. vehementiori æstu,
4	f	Dominici Confess.	♉	11	53	4.39	7.21	☍ ♂ ♀. e sistet, eò plurimùm confe-
5	g	Dedic. B.M.V. ad Niv.	♊	12	51	4.40	7.20	☌ ☉ ☿. rente mitiori venere, & Luna
☉	☞	Dom. XI. post Pent. Evang. Exiens JESUS de finibus Tyri. Marci 7.						
6	A	Transfiguratio Dom.	♊	13	48	4.41	7.19	△ ♃. ☾ perigæa. truci Marti opposita.
7	b	Cajetani Confess.	♋	14	46	4.42	7.18	⚹ ♄. Succedent pluviæ frequentiores,
8	c	Cyriaci Martyris.	♋	15	43	4.43	7.17	☌ ♂. ☾ ☋. adstipulante præcipuè Sa-
9	d	Romani Mart. Vig. †.	♌	16	41	4.45	7.15	● h. 5. m. 7. p. m. turno, quin & elu-
10	e	Laurentii Martyris.	♌	17	38	4.46	7.14	□ ♄. viones, & nubifragia sunt perti-
11	f	Tiburt. & Susan. MM.	♍	18	36	4.48	7.12	⚹ ♃. mescenda campis, agris, hortis, &
12	g	Claræ Virginis.	♍	19	33	4.50	7.10	△ ☿. vineis plurima nocumenta allatu-
☉	☞	Dom. XII. post Pent. Evang. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Lucæ 10.						
13	A	Hippolyt. & Cas. MM.	♍	20	31	4.51	7. 9	△ ♃ ♀. ♀ ingr. ♌. ris. Nec ipsa flu-
14	b	Eusebii Conf. Vig. †.	♎	21	29	4.53	7. 7	☌ ♃. mina ripis, & alveo suo coërceri
15	c	Assumptio B. M. V.	♎	22	26	4.55	7. 5	⚹ ♄ ♀. poterunt, sed quà latè patent,
16	d	Hyacinthi Confess.	♏	23	24	4.56	7. 4	☌ ♄. effundentur cum ingenti damno.
17	e	Rochi Confess.	♏	24	22	4.58	7. 2	☽ h. 1. m. 19. a. m. Aspectus quidem
18	f	Helenæ Imperatr.	♐	25	18	5. 0	7. 0	□ ♄ ☿. Planetarum humorem nimium
19	g	Ludovici Tolosani.	♐	26	17	5. 1	6.59	□ ♃ ☿. denotant, sed Venus in Leone
☉	☞	Dom. XIII. post Pent. Evang. Occurrerunt ei decem leprosi. Lucæ 17.						
20	A	Stephani Reg. Ung. C.	♐	27	15	5. 3	6.57	□ ♄. ☾ apogæa. serenos nonnunquam
21	b	Bernardi Abbatis.	♑	28	13	5. 5	6.55	⚹ ♀. ☾ in ☊. dies efficiet, accedente
22	c	Timothei Martyr.	♑	29	10	5. 6	6.54	☌ ☿. ☿ ingr. ♑. præsertim Sole in Vir-
23	d	Philip. Benit. Vig. †.	♒	0 ♍	8	5. 7	6.53	☉ in ♍. ginem spicilegam, posito fervo-
24	e	Bartholomæi Apost.	♒	1	6	5. 8	6.52	☌ ♀. re, suaviter ingrediente. Verùm
25	f	Ludovici Reg. Franc.	♒	2	4	5.10	6.50	● h. 0. m. 28. p. m. Luna plena humo-
26	g	Samuelis Prophetæ.	♓	3	2	5.12	6.48	△ ♃. rem revehet, licèt aliquando se-
☉	☞	Dom. XIV. post Pent. Evang. Nemo potest duobus Dominis servire. Matth. 6.						
27	A	Ruffi Episcopi.	♓	4	0	5.14	6.46	⚹ ☿. renitati præsertim nocturnæ locum
28	b	Augustini Ep. Eccl. D.	♈	5	58	5.16	6.44	☌ ♂. ♂ ingred. ♑. datura sit, diebus
29	c	Decoll. S. Joan. Bapt.	♈	6	56	5.18	6.42	☍ ♂ ☿. interim pluviis. Accedet quo-
30	d	Rosæ Limanæ Virg.	♉	7	54	5.20	6.40	⚹ ♀. que Mars in frigido Capri signo,
31	e	Raymundi Nonnati.	♉	8	53	5.21	6.39	☌ ♄ ☉. & Saturnus Soli conjunctus.

TABELLA NOVA AUREORUM CÆSAR. & REGIN. ORDIN. à 4. Fl. 10. xr.

Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.
71	295	50	77	320	50	83	345	50	89	370	50	95	395	50
72	300	—	78	325	—	84	350	01	90	375	—	96	400	—
73	304	10	79	329	10	85	354	—	91	379	10	97	404	10
74	308	20	80	333	20	86	358	20	92	383	20	98	408	20
75	312	30	81	337	30	87	362	30	93	387	30	99	412	30
76	316	40	82	341	40	88	366	40	94	391	40	100	416	40

voluit, ut iis inde in mundi globos dispertitis, pro sitûs ratione aliud, ac aliud temperamentum sortirentur. Ignem hìc passim vides, sed à terrestri, cæterorúmque globorum quoad accidentia diversum; tametsi radicaliter sumptus propriè, & essentialiter ignis elementaris sit; nam ùt audîsti, terrestris ignis eorum corporum, quæ ei alimentum præbent, naturam odore, & colore refert; ignis solaris lucidissimus, & purissimus purissimæ suæ substantiæ naturam sequitur. Martius hic ignis pariter naturam sapit materiæ Martiæ, à qua alimentum suscipit, & sic de cæteris; hinc plenum vides veluti fuliginibus, & varia bituminis, piceæque materiæ commixtione imbutum; omnes tamen hæ ignium differentiæ hoc habent ex natura sua, ut sint calidi, penetrantes, & perpetuò æstuantes. Aqueum elementum hujus Martii pelagi liquor exhibet, tametsi à reliquorum globorum humore diversissimus, est enim lentus, squallidus, confusus, & summâ materialis varietatis commistione pollutus; si quis tamen chimicâ arte, eâ alembico impositâ purum ab impuro separet, is haud dubiè aqueum humorem inveniret, terreno, lunari, cæterisque haud multùm dissimilem. Aër Martius ita se habet ad globum Martium, sicuti aër terrenus ad globum terrestrem, & sicuti solaris ad Solem; cùm enim aër nihil aliud sit, quàm quoddam veluti proprium globi cujuscunque effluvium ætheri commistum, certè aërem ejus globi, à quo exspiratur, naturam sapere necesse est, quamvis naturâ suâ non secus ac terrenus, solaris, lunarisve fluidus sit, & summè mobilis; qui tamen adeò inter se differunt, ut impossibile sit, hominem in ullo dictorum globorum aëre, nisi in eo, quem respirationi ejus Conditor assignavit, videlicet terrestri, naturaliter vivere

Terreum elementum tibi saxea hujus globi moles exprimit, quamvis & hoc à terrestri toto cœlo differentibus qualitatibus discrepet: nam ùt vides, saxis, & scopulis constat durissimis, sulphuri, arsenico, auripigmento, antimonio, feruginosis molibus, cautibúsque, nostris mineralibus, quoad aspectum haud dissimilibus; quæ saxa, arte chimica in principia sua resoluta, pulverem relinquent cum pulvere terreno quoad nudam substantiam ferè eundem. Habes itaque hìc quatuor elementa, non quidem conditione terrena, sed pro Martii globi conditione, Martia. Porrò si per continuam puri ab impuro separationem elementa ad ultimum gradum reducerentur (quod tamen fieri non potest) certè omnia globorum elementa ad hunc terminum reducta, eadem prorsus quoad nudam, ùt dixi, substantiam forent. Hinc luculenter colliges diversas elementorum qualitates hucusque consideratas, non aliam tantæ diversitatis causam habere, nisi diversas globorum vires, & proprietates, quibus imbuuntur: cæterùm quoad naturalem motûs inclina-

na-

SEPTEMBER habet Dies XXX.

Dies M.	Lit. Do.	FESTA SANCTORUM.	Cur. ☽ Sig.	Cursus ☉ Gr.	Min.	Ort. ☉ H.M.	Occ. H.M.	Aspectus Lunæ cum Planetis, Schorum inter se, ac variæ observationes in singulos dies.
1	f	Ægidii Abbatis.	♊	9 ♍	50	5.23	6.37	☾ h. 5. m. 39. p. m. *Mensis autumnalis*
2	g	Seraphinæ Virginis.	♊	10	48	5.25	6.35	✱ ♂. *in exordio serenus ingreditur, &*
		Dom. XV. post Pent. Evang. Ibat JESUS in Civitatem, quæ vocatur Naim. *Lucæ 7.*						
3	A	SS. Angel. Custod.	♋	11	46	5.26	6.34	□ ♃ ☉. ☾ perigæa. *valde temperatus,*
4	b	Rosaliæ Virginis.	♋	12	44	5.27	6.33	△ ♀. *suffragante præprimis Lunæ ultima*
5	c	Laurentii Justin. E.C.	♌	13	43	5.28	6.32	☌ ♂. *phasi, & Jove nonnisi 90. gradi-*
6	d	Zachariæ Papæ.	♌	14	41	5.30	6.30	✱ ♄ ☿. *bus à Sole distante, quæ tempe-*
7	e	Reginæ Virginis.	♌	15	39	5.32	6.28	☍ ☿. *ries plurimùm ad maturandos vi-*
8	f	Nativitas B. M. V.	♍	16	37	5.34	6.26	● h. 4. m. 56. a. m. △ ♃ ☿. ♀ ingr. ♍.
9	g	Gorgonii Martyris.	♍	17	36	5.36	6.24	☍ ♀. *tium fructus conducet. Attamen*
		Dom. XVI. post Pent. Evan. Cùm intraret JESUS in domum cujusdam Principis. *Lucæ 14.*						
10	A	Nominis MARIÆ.	♎	18	34	5.37	6.23	✱ ♂. *Luna nova disturbabit omnia,*
11	b	Prothi Martyris.	♎	19	32	5.39	6.21	☌ ♃. *varietatem aëris serenitati subro-*
12	c	Guidon. & Tobiæ.	♏	20	31	5.41	6.19	□ ♀. *gabit; ingruent enim frigidiusculi,*
13	d	Mauritii Martyris.	♏	21	29	5.42	6.18	△ ♂. ☾ ☊. *& frequenti humore præma-*
14	e	Exaltat. S. Crucis.	♏	22	28	5.44	6.16	☍ ♂ ☉. *turè permixti dies. Accedent*
15	f	Nicomedis Mart.	♐	23	26	5.46	6.14	☽ h. 0. m. 53. a. m. *insuper rigidi, &*
16	g	Euphemiæ Virginis.	♐	24	25	5.47	6.13	*inconditi venti unde unde terram per-*
		Dom. XVII. post Pent. Evang. Accesserunt ad JESUM Pharisæi. *Matth. 22.*						
17	A	Impress. Stig. S. Fran.	♑	25	23	5.49	6.11	□ ♃. ☿ ingr. ♒ *flantes, & jam ab*
18	b	Thomæ Villanov. Ep.	♑	26	22	5.51	6. 9	△ ♀. ☾ apogæa. *occasu, jam à meridie*
19	c	Januarii Ep. Mart.	♑	27	21	5.52	6. 8	✱ ♄. *turbines humidos, & imbriferos*
20	d	Eustach. Q. T. Vig. †.	♒	28	19	5.54	6. 6	△ ♃. *concitabunt, quos & Mercurii sta-*
21	e	Matthæi Apost. & Ev.	♒	29	18	5.56	6. 4	☌ ☿. *tio in Aquario promovebit, &*
22	f	Mauritii M. Q. T. †.	♓	0 ♎	17	5.58	6. 2	☉ in ♎. Æquinoctium autumn. *æqui-*
23	g	Lini Pap. M. Q. T. †.	♓	1	16	5.59	6. 1	● h. 10. m. 12. p. m. *noctium per So-*
		Dom. XVIII. post Pent. Evang. Ascendens JESUS in naviculam. *Matt. 9.*						
24	A	B. M. V. de Merced.	♈	2	14	6. 0	6. 0	☌ ♂. *lis in Libram ingressum proro-*
25	b	Gerardi Episc. Mart.	♈	3	13	6. 1	5.59	☍ ♃. *gabitur. Contendet quidem Lu-*
26	c	Cyprian. & Just. MM.	♉	4	12	6. 4	5.56	□ ♂. *na plena, prout & Jupiter in*
27	d	Cosin. & Dam. MM.	♉	5	11	6. 6	5.54	☌ ♄. ♃ ingred. ♎ *æquilibrio constitu-*
28	e	Wenceslai Ducis M.	♊	6	10	6. 8	5.52	✱ ♀. *tus serenitatem pristinam redu-*
29	f	Dedic. S. Mich. Arch.	♊	7	9	6.10	5.50	□ ☿. ☾ ☋. *cere, sed aër turbidus,*
30	g	Hieronym. Eccl. D.	♋	8	8	6.13	5.47	△ ♃. *humidus, & frigidus tenebit.*

TABELLA NOVA AUREORUM HOLANDICORUM, & EXTRANEOR. à 4. Fl. $7\frac{1}{2}$ xr.

Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.
1	4	$7\frac{1}{2}$	3	12	$22\frac{1}{2}$	5	20	$37\frac{1}{2}$	7	28	$52\frac{1}{2}$	9	37	$7\frac{1}{2}$
2	8	15	4	16	30	6	24	45	8	33	—	10	41	15

nationem à terrenis non differunt; habent enim singula globorum elementa suum centrum, quod appetant, si gravia: à quo dimoveantur, si levia: sic solida corpora hujus globi, cujus partes sunt, naturali sympathia Martem expetunt, eique se intima pronitate, nulli alteri conjungere gestiunt, levia verò, & fluida uti igneæ exhalationes à centro globorum sursum vergunt, quia hoc est eorundem naturæ consentaneum, & ad propriam atmosphæram constituendam necessarium. *Theod.* Jam ita distinctè, clarè, & scitè singulorum hujus globi arcanorum rationes juxta analogicæ artis amussim adornatas describis, ut iis convictus fidem non possim non habere. Sed agedum nunc expone ergo, quænam, & qualis sit appropriata hujus globi vi tus influxiva. *Cosmiel* Virtus propria est, cholericum in inferioribus movere humorem, æstu perniciosо, & caustica quadam vi imbuto omnia infestare; unde si vis influxiva in terrenno globo subjectum invenerit proportionatum, illud virtute sua imbutum ad vindictam, furorem, cædes, cæterásque iracundo homini proprias qualitates inclinat; unde ab Astrologis longâ omnium sæculorum experientiâ doctis, & universo nationum consensu, jure merito globus hic Martis nomen, ab effectibus, quos causat, introductum obtinuit. *Theod.* Ergóne tu judiciariam Astrologiam approbas? *Cosmiel.* Absit fili mi; est enim aliud astrologia judiciaria, aliud virtus influxiva, de qua ago; illa prætetquam quod DEO, humanæque voluntatis arbitrio vim inferat, vera impietatis magistra, incertis quoque, & arenaceis fundamentis nixa, innumeris nugis, fabulísque mentes mortalium involvit; hæc autem veræ Philosophiæ fundamenta docet, quibus nixus Martiarum influentiarum causas attingere possis; & uti illa plurimum mentitur, ita hæc plurimum experimentis irrefragabilibus fulta metitur, vera cœlestis physicæ directrix.

Theod. O divine Magister, expone quæso effectuum Martiorum rationem, & modum. *Cosmiel.* Ne quicquam arcanorum te celâsse videar, totum te mysterium familiari experimento edocebo. Fiat globus ex sulphure, antimonio, auripigmento, arsenico, naphta, bitumine unà simul commixtis, quem si in loco clauso accenderis; continget, resoluto vapore globi, mox caput summa vertigine infestari, cor, hepárque vehementi æstu accendi, tandem membris tam perniciosо vapore invasis, totum te maniaco quodam furore, tremore membrorum, totiúsque corporis convulsione corripi senties. Idem in globo Martio fieri censere debes, qui cùm analogâ ad res memoratas misturâ constet, hinc fit, ut virtus influxiva globi effectus quoque dictis in terreno mundo effectibus analogos ubicunque proportionatum, dispositúmque subjectum repererit, sive id ex sentientium, sive ex vegetabilium

OCTOBER habet Dies XXXI.

Dies M.	Lit. Do.	FESTA SANCTORUM.	Cur. ☾ Sig.	Curſus ☉ Gr.	Min.	Ort. ☉ H.M.	Occ. ☉ H.M.	Aſpectus Lunæ cum Planetis, & horum inter ſe, ac variæ obſervationes in ſingulos dies.
		Dom. XIX. poſt Pent. Ev. Simile factum eſt Regnum Cœlorum homini Regi. *Matth.* 22.						
1	A	SS. Roſarii B. M. V.	♋	9 ♎	7	6.14	5.46	☾ h. 7. m. 23. a. m. ☾ perigæa. *Si Pla-*
2	b	Eleutherii Martyris.	♋	10	6	6.16	5.44	✱ ♄ ☉. *netarum aſpectus conſulantur,*
3	c	Candidi Martyris.	♌	11	5	6.18	5.42	△ ♃ ☉. ☿ ingr. ♓. *ſanè temperiem bo-*
4	d	F anciſci Seraphici.	♌	12	4	6.19	5.41	✱ ♃. ♀ ingr. ♎. *nam Octobe. præſagit.*
5	e	Placidi Martyris.	♍	13	3	6.21	5.39	☍ ☿. *Verùm Mercurius, & Saturnus*
6	f	Brunonis Confeſſ.	♍	14	3	6.23	5.37	✱ ♂. *Lunæ oppoſiti ventos frigidiores*
7	g	Marci Pap. Conf.	♎	15	2	6.24	5.36	● h. 1. m. 11. p. m. *concitabunt, qui*
		Dom. XX. poſt Pent. Evang. Erat quidam Regulus. *Joan.* 4.						
8	A	Brigittæ Viduæ.	♎	15	1	6.26	5.24	*pariter jucundos dies procreabunt. Sol-*
9	b	Dionyſii Martyris.	♎	16	1	6.28	5.32	☌ ♃. *ventur dein in humorem, & plu-*
10	c	Franc. Borg. Con. S. J.	♏	17	0	6.30	5.30	△ ♂ ☉. *vias aliquantùm producendas*
11	d	Tharaſii Martyris.	♏	18	59	6.32	5.28	△ ☿. *ob Martis in Aquario moram.*
12	e	Maximiliani Epiſc.	♐	19	59	6.34	5.26	✱ ♃. ♂ ingr. ♒. *Promicabit poſtlimi-*
13	f	Eduardi Conf.	♐	20	58	6.35	5.25	□ ♀. ☾ ☊. *niò Sol auream faciem o-*
14	g	Calliſti Pap. Mart.	♐	21	58	6.37	5.23	☽ h. 11. m. 0. p. m. *ſtentans, intempe-*
		Dom. XXI. poſt Pent. Evang. Aſſimilatum eſt Regnum Cœlorum homini Regi. *Matth.* 8.						
15	A	Thereſiæ Virginis.	♑	22	57	6.39	5.21	□ ♃. ☾ apogæa. *riem meliorando, &*
16	b	Galli Abbatis.	♑	23	57	6.40	5.20	*dies tum uvarum collectioni, tum cæteris*
17	c	Hedwigis Viduæ.	♒	24	56	6.42	5.18	☍ ♂. *agreſtibus laboribus proficuos lar-*
18	d	Lucæ Evangeliſtæ.	♒	25	56	6.44	5.16	☌ ☿. *giendo. Timendæ tamen erunt non*
19	e	Petri de Alcantar.	♒	26	56	6.45	5.15	△ ♃. ☿ ingred. ♈. *tam pruinæ, quàm*
20	f	Capraſii Martyris.	♓	27	55	6.47	5.13	△ ♂. *iteratæ pluviæ, merum cæterà in*
21	g	Urſulæ, & Soc. MM.	♓	28	55	6.49	5.11	☍ ♄ ♃. *expectatione perbonum ad pu-*
		Dom. XXII. poſt Pent. Evang. Abeuntes Phariſæi conſilium inierunt. *Matth.* 22.						
22	A	Cordulæ Virginis.	♈	29 ♏	55	6.50	5.10	☌ ♄. *tredinem redacturæ. Quin*
23	b	Joannis Capiſtr. C.	♈	0	55	6.52	5. 8	● h. 10. m. 56. a. m. ☉ ingr. ♏. *ali-*
24	c	Procli Epiſcopi.	♉	1	54	6.54	5. 6	✱ ♀. *quibus regionibus ad altiores mon-*
25	d	Chryſant. & Dar. MM.	♉	2	54	6.55	5. 5	✱ ♂. *tes adſitis Sol in Scorpione præter*
26	e	Demetrii Martyris.	♊	3	54	6.57	5. 3	△ ♃. ☾ ☋. *pluvias etiam nives præma-*
27	f	Sabinæ Virg. Vig. †.	♊	4	54	6.59	5. 1	□ ♀. *turas minitabitur. In locis verò*
28	g	Simonis, & Judæ Ap.	♋	5	54	7. 0	5. 0	✱ ♄. *paluſtribus nebulæ frequentiores*
		Dom. XXIII. poſt Pent. Evang. Loquente JESU ad turbas. *Matth.* 9.						
29	A	Narciſſi Epiſcopi.	♋	6	54	7. 2	4.58	□ ♃. *dominabuntur. Demùm ad termi-*
30	b	Marcelli Martyris.	♌	7	54	7. 4	4.56	☾ h. 8. m. 5. p. m. *num hujus menſis redi-*
31	c	WolfgangiEp. Vig. †.	♌	8	54	7. 5	4.55	☌ ☉ ☿. *bit moderamen aëris ſerenioris.*

TABELLA NOVA AUREORUM HOLANDICORUM, & EXTRANEOR. à 4. Fl. $7\frac{1}{2}$ xr.

Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.
11	45	$22\frac{1}{2}$	12	49	30	13	53	$37\frac{1}{2}$	14	57	45	15	61	$52\frac{1}{2}$

lium mineraliúmque œconomia sit, efficiat; plurimùm tamen situ globi recto, vel obliquo ad terrenam superficiem comparato ad effectuum intensionem conferente, vti & alterius sideris maligni cum Martio globo coitu, quo mistis utrique globis malignis qualitatibus dici vix potest, quantùm vis influxiva ad effectus noxios, & pestiferos producendos intendatur. *Theod.* O quantò intellectum meum tam eleganti, & pulchra comparatione, lumine imbuis! Sed hoc unum summoperè me angit, cùm concipere nulla ingenii vi possum; cur natura, quæ bonum semper intendit, tam perniciosum, & exitiale globi monstrum in natura rerum constituerit. *Cosmiel.* Theodidacte parum te in arcanis philosophiæ profecisse video; si nôsses, quare Deus Opt. Max. in animantium œconomia viperas, bufones, araneos, dracones oppido perniciosum mortalibus venenum; in vegetabili natura herbas, plantásque lethifero toxico refertas, nec non in mineralium regno, arsenicum, auripigmentum, similiáque produxerit; malignos quoque globi Martii influxus non mirareris. Scias itaque globum hunc eo fine à summa Dei providentia hoc in æthereo spatio, situm collocatúmque fuisse; primò ut quidquid virulentiæ ex reliquorum siderum malignorum influxu exhalaretur, id totum hic globus insita sibi aviditate in sui nutrimentum attraheret, non secus, ac bufo eo fine conditus est, ut quidquid veneni, & exitialis qualitatis in terrestribus glebis lateret, tanquam in vivam veneni bursam attraheret, quod idem de serpentibus, & draconibus dictum sit; an nescis, araneum omne venenum, quod in aëre dispersum latitat, ne serpendo longè, latéque aëris inficiat substantiam, in se mira quadam sympathia attractum derivare? quod nisi fieret, non parum humani generis salus ex tam pernicioso intoxicatæ tum terræ, tum aëris afflatu periclitaretur.

Ne verò Martis violentiâ tellus impetita manifestæ pateret ruinæ, natura eum in omnium maximo excentrico collocari voluit, uti infrà à Sole, & Venere, suprà à Jove coërcitus à sævitie sua aliquantisper veluti factis quibusdam induciis desisteret. Hinc quoque factum est, ut globus Martius circa axem suum revolutus non semper easdem pestiferæ qualitatis plagas, sed successivè nunc virulentas, modò temperatas, paulò pòst, efficaciâ virtutis insignes ostenderet; unde in excentrico suo motu, qui circa axem fit, temporum successu, novas, differentésque semper effectuum combinationes molitur; non aliam quoque ob causam inter Martis, & Saturni dissonos globos, ex quorum evaporatione omnia mundi sublunaris mala originem habent, Jovem, benignissimum sidus, & mira quadam harmonia refertum, intermedium constituit, cujus salutifero influxu utriusque prorsus perniciosa vis cohibita, & at-

NOVEMBER habet Dies XXX.

Dies Me.	Lit. Do.	FESTA SANCTORUM.	Cur. ☽ Sig.	Cursus ☉ Gr.	Min.	Ort. ☉ H.M.	Occ H.M.	Aspectus Lunæ cum Planetis, & horum inter se, ac variæ observationes in singulos dies.
1	d	Omnium Sanctorum.	♍	9 ♏	54	7. 9	4.51	△♄. *Temperati Soles frigus remoran-*
2	e	Comm. OO. Fid. Def.	♍	10	54	7.10	4.50	✱♃. *tur; Jupiter enim nonnisi sexagin-*
3	f	Huberti Episcopi.	♎	11	55	7.11	4.49	☍♀. *ta gradibus à Luna distans, licèt*
4	g	Caroli Borromæi.	♎	12	55	7.12	4.48	✱♂. ☿ ingred. ♉. *Marte in eodem*
☼ ☞		*Dom. XXIV. post Pent. Evang.* Ascendente JESU in naviculam. *Matth. 8.*						
5	A	Emerici Duc. Hung.	♎	13	55	7.14	4.46	☍♄. *aspectu constituto, benignis suis*
6	b	Leonardi Abbatis.	♏	14	55	7.15	4.45	● h. 5. m. 31. a. m. *influxibus auram*
7	c	Engelberti Episcopi.	♏	15	56	7.17	4.43	*cæterà asperiorem moderabitur. Dum*
8	d	Quatuor Coron. MM.	♐	16	56	7.18	4.42	△♂. ☾ ☊. *autem Luna novitatem su-*
9	e	Dedic. Basil. Salvat.	♐	17	56	7.20	4.40	☌♀☿. *am renovabit, alternatio siccita-*
10	f	Andreæ Avellin.	♐	18	57	7.21	4.39	✱♃. *tis cum humiditate pertimescenda*
11	g	Martini Episcopi.	♑	19	57	7.22	4.38	✱♀. ☾ apogæa. *erit, quam conjunctio*
☼ ☞		*Dom. XXV. post Pent. Ev.* Simile factum est Regnum Cœlorum homini, qui seminavit. *Matt. 13.*						
12	A	Martini Papæ Mart.	♑	20	57	7.24	4.36	✱♄. *Veneris cum Mercurio alioquin*
13	b	Stanislai Kostkæ S. J.	♒	21	58	7.25	4.35	☌♀. *vertumno productura est. Revehet*
14	c	Serapionis Martyris.	♒	22	58	7.26	4.34	☽ h. 1. m. 3. a. m. *serenitatem Venus*
15	d	Leopoldi Confess.	♒	23	59	7.28	4.32	△♂☉. *Lunæ conjuncta, accedente præ*
16	e	Edmundi Episcopi.	♓	24	59	7.29	4.31	△♂. *sertim Marte Soli viciniore, & mi-*
17	f	Gregorii Thaumat.	♓	25	59	7.30	4.30	✱♄☿. *nitantis vim frigoris mitigante*
18	g	Dedic. Bas. Petr. & Pa.	♈	26	0	7.32	4.28	☌♄. *Nec tamen fidendum Saturno Lu-*
☼ ☞		*Dom. XXVI. post Pent. Evang.* Simile est Regnum Cœlorum grano Sinapis. *Matth. 13.*						
19	A	Elisabeth. Vid. R. U. F.	♉	27	1	7.33	4.27	☍♃. *næ conjuncto, & Jovi eidem side-*
20	b	Felicis de Valois C.	♉	28	2	7.34	4.26	● h. 11. m. 53. p. m. *ri opposito, qui tem-*
21	c	Præsentat. B. M. V.	♉	29	2	7.35	4.25	*periem turbaturi sunt. Sol proinde spicu-*
22	d	Cæciliæ Virg. Mart.	♊	0 ♐	3	7.36	4.24	✱☿☉ ingr. ♐. ☾ ☋. *la Sagittarii ope*
23	e	Clementis Pap. M.	♊	1	4	7.37	4.23	□♀. *quamvis obliqua, jaciet, quæ vim*
24	f	Joannis à Cruce.	♋	2	4	7.39	4.21	△♃. ☾ perigæa. *frigoris aliquantùm*
25	g	Catharinæ V. Mart.	♋	3	5	7.40	4.20	□☿. ☿ ingr. ♐. *retardabunt. Mars*
☼ ☞		*Dom. XXVII. & ult. post Pent. Ev.* Cùm videritis abominationem desolationis. *Matth. 24.*						
26	A	Petri Alexandrin. Ep.	♌	4	6	7.41	4.19	□♄. ♂ indred. ♓. *interim in pisci-*
27	b	Virgilii Episcopi.	♌	5	7	7.42	4.18	☌♂. *bus humorem pluvium in nivium*
28	c	Rufini Martyris.	♍	6	7	7.43	4.17	☍♃☉. *floccos coget, quæ accessu de-*
29	d	Saturnini M. Vig. †.	♍	7	8	7.44	4.16	☾ h. 8. m. 49. a. m. *crescentis Lunæ su-*
30	e	Andreæ Apostoli.	♍	8	9	7.45	4.15	☍♀. *perficiem terræ candore obtegent.*

TABELLA NOVA AUREORUM HOLANDICORUM, & EXTRANEOR. à 4. Fl. 7½ xr.

Aur.	Fl.	kr.	Aur.	Fl.	kr.	Aur.	Fl.	kr.	Aur.	Fl.	kr.	Aur.	Fl.	kr.
16	66	—	18	74	15	20	82	30	22	90	45	24	99	—
17	70	7½	19	78	22½	21	86	37½	23	94	52½	25	103	7½

temperata refrænaretur; ne laxatis facultatum exitialium habenis, globus ſolita ſua malignitate in apertam totius inferioris mundi œconomiam κακοφωνίαν καὶ διςκρασίαν, finalémque tandem deſtructionem deduceret; ut proinde natura in tam pernicioſorum corporum conditu, ideò minimè Noverca inſimulanda ſit, quin potiùs ſummo, & abdito quodam conſilio eum ſic diſpoſuiſſe cenſeri debeat; adeò enim globus hic Martius quantumvis virulentus, mundo tamen conſervando neceſſarius fuit, quàm benigna, & ſalutifera cæterorum globorum natura: quod enim cantharides, & medicamenta cauſtica quadam vi pollentia in corpore humano pernicioſis febribus, humorúmque peſſimorum inundatione diffluenti præſtant, hoc in mundo majori magnis humorum diluviis inundante, vis cauſtica, & ſiccandi facultate præpotens, quæ Martii globi appropriata facultas eſt, efficit; laborat enim ſua quandoque hydrope mundus inferior, cui medendæ aliud importunius antidotum non ſuppetit, quàm dicta Martii globi vis; qua facultas malefica, humórque infeſtus quadantenus diſſipatur, ſiccatúrque; ita nullum in natura rerum malum eſt, quod non in bonum totius, universíque tandem conſervationem cedat, quemadmodum enim harmonia pulchra ſine diſſonantiis eſſe nequit, quin imò auribus ingrata, & inepta cenſetur ſuis non miſta diſſonantiis, ita mundus ſine diſſonis tum Martis, tum Saturni, tum cæterorum ſiderum globis. *Theod.* Jam video Coſmiel, te omnium naturæ myſteriorum conſcium eſſe, nec quidquam te latere eorum, quæ in naturæ majeſtate elucent ſacramentorum; cùm itaque tantus ſis, tantáque excellentia polleas, nunc aliud mihi dubium ſolvere nè graveris, & eſt illud; memini me tubi cœleſtis beneficio in terra conſtitutum, Martem ſubinde non rotundum omninò, ſed ſectum in formam lineæ ἀμφικύρτου obſervâſſe, neque tamen unquam incrementum aliquod, aut decrementum, uti in phaſibus lunaribus fit, deprehendiſſe; quænam hujus rei cauſa ſit, ſcire abs te velim.

Continuabitur Annô ſequenti.

DECEMBER habet Dies XXXI.

Dies Me.	Lit. Dō.	FESTA SANCTORUM.	Cur. ☽ Sig.	Cursus ☉ Gr.	Min.	Ort. ☉ H.M.	Occ. ☉ H.M.	Aspectus Lunæ cum Planetis, & horum inter se, ac variæ observationes in singulos dies.
1	f	Eligii Episcopi.	♎	10 ♐	10	7.46	4.14	☍♃☿. *Sole ampliùs in Sagittario pro-*
2	g	Bibianæ Virg. Mart.	♎	11	11	7.47	4.13	☍♄. ♃ ingr. ♏. *grediente Jovéque*
Dom. I. Advent. Evang. Erunt signa in Sole, & Luna. Lucæ 21.								
3	A	Francisci Xav. S. J.	♏	12	13	7.47	4.13	☍☿. *Scorpionem subeunte augetur*
4	b	Barbaræ Virg. Mart.	♏	13	14	7.48	4.12	✶♃. *frigus, quod ob Mercurium in*
5	c	Sabbæ Abbatis.	♏	14	15	7.49	4.11	● h. 8. m. 42. p. m. ☿ ingr. ♋. *Cancro*
6	d	Nicolai Episcopi.	♐	15	16	7.49	4.11	*remissius effectum in nives tandem resolve-*
7	e	Ambrosii Ep. Eccl. D.	♐	16	17	7.50	4.10	☌☉☿. *tur, quas Luna nova non me-*
8	f	Conceptio B. M. V.	♑	17	18	7.51	4. 9	☌♄☉. ☾ apogæa. *diocriter promo-*
9	g	Leocadiæ Virg. M.	♑	18	19	7.51	4. 9	□☿. *tum ibit. Succedet à ventis præ-*
Dom. II. Advent. Evang. Cùm audisset Joannes in vinculis. Matth. 11.								
01	A	Melchiadis Papæ.	♑	19	20	7.52	4. 8	☌♄☿. *sertim Australibus, & occi-*
11	b	Damasi Papæ.	♒	20	21	7.53	4. 7	△♃. *duis ortum ducens, humida, tur-*
12	c	Sinesii M. & Ottiliæ.	♒	21	22	7.53	4. 7	☍♂. *bida, & frigida intemperies, in i*
13	d	Luciæ Virg. Mart.	♓	22	23	7.54	4. 6	✶♃♂. *conferente plurimùm Saturno,*
14	e	Nicasii Episcopi.	♓	23	24	7.54	4. 6	☽ h. 3. m. 22. a. m. *& Mercurio conjun-*
15	f	Irenæi Martyris.	♈	24	25	7.55	4. 5	☍♃. *ctis; nec Luna primùm quadrata*
16	g	Sabinæ Virginis.	♈	25	26	7.55	4. 5	△♂. *mutationis inducendæ exsors esse*
Dom. III. Advent. Evang. Miserunt Judæi ab Jerosolymis Sacerdotes. Joan. 1.								
17	A	Lazari Episcopi.	♉	26	27	7.55	4. 5	☌♄. *contendet; nam varietatem nivi-*
18	b	Gratiani Episcopi.	♉	27	28	7.55	4. 5	☌☿. *bus permixtam Mercurio juncta*
19	c	Nemesii Martyris.	♉	28	30	7.56	4. 4	□♀. *dabit, quidquid adversum nitatur*
20	d	Theophil. Q. T. Vig. †.	♊	29	31	7.56	4. 4	□♄. ♀ ingr. ♑. ☾☋. *Venus benefica*
21	e	Thomæ Apostoli.	♊	0 ♑	32	7.56	4. 4	● h. 0. m. 33. in meridie ☉ in ♑. Sol-
22	f	Zenonis M. Q. T. †.	♋	1	33	7.56	4. 4	□♂☿. ☿ ingr. ♌. stitium brumale.
23	g	Victoriæ Q. T. Vig. †	♋	2	34	7.56	4. 4	△♀. ☾ perig. *Sole, & Venere Caprum*
Dom. IV. Advent. Evang. Annô quintô decimô Imperii Tiberii Cæsaris. Lucæ 3.								
24	A	Adam, Evæ.	♌	3	35	7.56	4. 4	△♄. *subeuntibus nil, nisi gelu, & fri-*
25	b	Nativitas D. N. J. C.	♌	4	36	7.56	4. 4	□♂☉. *gus est præstolandum, nam licèt*
26	c	Stephani Proto-Mart.	♌	5	38	7.56	4. 4	□☿. *Mercurius in Cancro moretur, ac*
27	d	Joannis Apost. & Ev.	♍	6	40	7.55	4. 5	☌♂. *per caloris augmentum, frigus re-*
28	e	Innocentium MM.	♍	7	41	7.55	4. 5	☾ h. 9. m. 44. p. m. *missum postulet, an-*
29	f	Thomæ Cantuar. M.	♎	8	42	7.55	4. 5	✶♀☿. *ni tamen solitus terminus,*
30	g	Davidis Regis.	♎	9	43	7.54	4. 6	☌♃. *quemadmodum à bruma occipit,*
Dom. infra Oct. Nativ. Evang. Erant Joseph, & Maria Mater JESU mirantes. Lucæ 2.								
31	A	Silvestri Papæ.	♎	10	44	7.54	4. 6	✶♂. *ita in geli, & frigus desinit.*

TABELLA NOVA AUREORUM HOLANDICORUM, & EXTRANEOR. à 4 Fl. 7½ xr.

Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.	Aur.	Fl.	xr.
26	107	15	27	111	22½	28	115	30	29	119	37½	30	123	45

PROGNOSIS,

Ad Annum à Christo nato MDCCLII. Intercalarem.

De singulis Anni Partibus.

POstquam ☉ ♒ 20. Jan. & ♓ 19. Febr. attingendo percurrerit, tandem Verno tempori principium dabit 21. Martii, dum 1. ♈ gradum tenebit h. 12. m. o. in meridie. Ortivus idem, & occiduus h. ante, & post meridiem 6. ac æquipartiens diem, noctémque in horas 12.

Verùm prætergressus ♉ 20. Apr. ac ♊ 21. Maji, altissimè evehetur 21. Junii, ubi ad latitudinem in Ecliptica summam 23. grad. & 30. m. pertinget h. 10. m. 17. a. m. dum ♋ subibit, Solstitium Æstivum effecturus, atque diurnæ luci h. 15. cum 56. m. nocturnis tenebris h. 8. cum 4. m. daturus.

Tum recedens 23. Jul. in ♌, atque 23. Aug. in ♍. rursum æquabitur 22. Sept. dum h. 11. m. 45. a. m. ♎ inter Dodecatemoria, atque æquatorem alterum suo descensu, prout ante Senarium Mensium ascendendo, attinget, noctem rursus diei æquando, & h. 6. ortui matutino, 6. item occasui vespertino tribuendo.

Demum prætergressus 23. Octob. ♏, & 22. Nov. ♐ ad ♑ pertinget 21. Decemb. h. 2. m. 55. a. m. ubi secundò sistetur, latitudinis extimæ 23. grad. 30. m. tenax, brumámque perfrigidam inducens; Lucem enim suam non nisi obliquam nobis impertiet h. 8. & 4. m. reliquum 15. h. & 56. m. spatium gelidis noctis tenebris consectaturus.

PROGNOSIS CONJECTURALIS.

QUi Astrologorum conjecturis quidpiam concedunt, anni hujus Bissextilis dominium præ cæteris Planetis ♀ neri tribuunt, Stellæ bellæ, serenæ, candidæ, amœnè splendicanti, in ortu

☉is prodromæ, in occasu cursusque, Phosphoro eidem, ac Hesperugini, præter ☉em, ac ☾ am inter Planetas maxime, sæpissimeque conspicuæ. Cursum suum intra anni orbitam cum ☉le terminat. Habetur naturæ humidæ, & sat calidæ, minus tamen, ac ♃ter, fœminei temperaminis, & in Aspectibus benignior. Fortunæ minoris nomen ab Astrologia sortitur, quæ somniat; ♀rem flavos in longum producere crines, rotundam dare cum oculis globosis faciem, formare homines, propè ut ♃ter, bellos, politos, ast otio, & cupidini deditos, renibus, pectori, faucibus, lumbis, jecinori, atque olfactui præsidere. Porrò iidem contendunt, annum hunc fore plùs humidum, quàm siccum, cunctis in unum collectis anni partibus, nec defuturum aëris teporem, moderatúmque calorem, & cùm hyemis rigorem prorogandum conjiciant, asserunt:

Ver tardum, & humidum eventurum, attamen temperatum, & frugibus terræ proficuum, hinc etiam ovibus pascuationem in agris grandi semine consitis admittendam esse censent, præte aliorum annorum morem. Quòd si verno tempore humor, & pluviæ continuent,

Æstas erit eò magis fervida, & sicca, quod tamen rarò accidet eô annô, quô Astrologia ♀ri regimen tribuit. Cæterùm timendum est, ne fœnum, & sata in agris, & campis ob frequentem humorem cùm aptè, tum post Messem computrescant.

Autumnum communiter autumant fore calidum, & serenum, sed non diuturnum; quare vites maturè sunt tegendæ, & sata hyemalia tempestivè agris sunt inserenda; nam dimidius November solet esse hybernus, nec ante Festa Natalitia remissior.

Hyemem conjectant non minùs rigidam, principiô siccam, tum eluvionum feracem. Quòd si Ver humidum, & pluvium fuerit, sata æstivalia maturè sunt jacienda, sequetur æstas pluviarum expers, segetum incrementum præpediens. Hinc qui in tempore sibi prospexerit, fruges æstate ad Messem pronas quidem conspiciet, ast cum putredinis periculo ob frequentem humorem eas horreis inferet. Nam annus ♀ris gubernio subjectus rarò dat multum tritici, & siliginis; sata proinde autumnalia sunt præoccupanda propter hyemem maturam, & iteratas eluviones. Fructus arborum, Vere nimis humido, erunt rari; si temperatum fuerit, abundabunt pomi, pruni, nuces, cerasi, non item pyri, & quercus. Lupulus humoris amans erit plurimus. Autumnus vitibus favebit, verendum tamen, ne botri ad humorem in vite putrescant. Frigus non oberit, sed spes boni vini habenda, vites tamen tempestivè protegantur; etenim Martinus gelu secum feret. Quisque de vino, & tritico sibi prospiciat, qui Astrologis credit, secundùm quorum diphteram, tres anni steriles, quod DEUS avertat, sequentur. Minatur quoque hic annus tempestates, ventos australes, & occiduos, nubifragia, fluminum evagationes, copiam insectorum, demum affectiones jecinoris, & stomachi, apostemata interna, & pleuritides frequentiores, à quibus plagis omnibus nos DEUS O. M. benignè præservare, suámque cœlestem Benedictionem cùm temporaneam, tum æternam nobis deinceps misericorditer impertiri dignetur.

TABULA.

Quoad curſum Lunæ per ſigna Zodiaci, quandônam reſpectu curſûs Lunæ, ſignorum, quæ percurrit, bonum, vel malum, vel indifferens ſit 1. Sangvinem mittere 2. Medicinas ſumere. 3. Balneis uti. 4. Ædificare. 5. Piſcari. 6. Cædere ligna pro ædificiis. 7. Seminare, & plantare.

SIGNA.	Aries.	Taurus.	Gemini.	Cancer.	Leo.	Virgo.	Libra.	Scorpio.	Sagittarius.	Capricorn9	Aquarius.	Piſces
Phlebot.	B	M	M	B	I	M	B	B	B	M	B	I
Medicina.	B	M	B	B	M	B	B	B	M	I	B	B
Balnea.	B	I	M	B	B	M	M	B	M	M	M	B
Ædificatio.	I	B	I	M	I	M	B	M	I	I	M	B
Piſcatio.	M	M	I	I	I	M	M	B	I	I	M	B
Cæſur. lig.	B	I	I	B	M	B	B	I	M	B	M	M
Plant. ſem.	I	B	B	M	B	B	M	M	M	B	I	M

USUS TABULÆ.

I. Inſpice in Ephemeridibus, in quonam Signo Zodiaci ſit Luna eâ die. II. Quære illud ſignum in prima columna Tabulæ. III. Vide in columna ad ſiniſtram, actiones de quibus ponendis dubitas, & deliberas. IV. Litera concurrens in angulo harum duarum columnarum tibi indicabit id, quod inquiris. B. Enim ſignificat Bonum. M. Malum. I. Indifferens. Exempli gratiâ: Phlebotomiâ uti, ſeu ſangvinem è venis mittere, Lunâ percurrente ſignum Arietis, eſt bonum, percurrente ſignum Tauri, Malum, Percurrente ſignum Geminorum itidem Malum, percurrente ſignum Cancri Bonum, percurrente ſignum Leonis Indifferens. Et ſic conſequenter de aliis.

Conjunctio Solis, & Lunæ miſſionem ſangvinis impedit per duos dies ante, & pôſt.

Item Lunæ cum Saturno, & Marte conjunctio uno die antè, & poſt. Cavenda pharmaca, cùm Luna quovis radio Saturnum, vel Martem intuetur. Cæſura lignorum fit deficiente Luna.

TABULA UTILIS.

In qua Phlebotomiæ commoda tempora per singulos dies designantur juxta quorumdam placitum.

Prænotandum: *Hac in re peculiariter ad tempus Novilunii attendendum esse, quod si in tempus antemeridianum incidat, ab illa ipsa die (quâ Novilunium in Calendario designatum est) numerare incipe; neque est, quod quis de reliquo ullam, aut signorum cœlestium in cursu Lunæ in dies occurrentium, aut aspectuum Planetariorum rationem habeat. cæterùm post primam hanc Lunationem.*

Dies:

1 Nociva est; deperditur nativus color.
2 Nociva; consequuntur febres.
3 Nociva; causantur graves infirmitates.
4 Nociva; sequuntur ordinariè apoplexia, & subitaneæ mortes.
5 Nociva; sanguis imminuitur.
6 Bona, & utilis tam sanguinis, quàm aquæ intercutis missioni.
7 Nociva; deperditur appetitus necessarii alimenti.
8 Nociva; maximè stomacho.
9 Nociva; oritur exinde scabies, & impetigo.
10 Nociva; defluxiones capitales proveniunt.
11 Bona; recuperat appetitum ciborum.
12 Bona; totius corporis constitutioni prodest.
13 Nociva; tollit necessarii alimenti appetitum.
14 Nociva; ordinariè morbi diversi exoriuntur.
15 Bona; firmat cibi, & potûs naturalem appetitum.
16 Nociva; imò totius anni periculosissima.
17 Bona; imò optima totius anni; summè sanitati corporis prodest.
18 Bona; servit valetudini confirmandæ.
19 Nociva; & periculosa planè.
20 Nociva; ordinariè consequentes habet morbos graves.
21 Bona; & utilis in omnibus cicumstantiis.
22 Bona; liberat à variis morbis.
23 Bona; præsevat ab infirmitatibus, vires auget, confortat membra corporis.
24 Bona; tollit defluxiones passim per membra exerrantes.
25 Bona, firmat cerebrum, & conjunctas eidem partes.
26 Bona; & utilissima; præservat à morbis acutis, & subitò advenientibus.
27 Nociva; ùt plurimùm apoplexiam, hemiplexiam, paralysin post se trahit.
28 Valde bona; & sanitati proficua.
29. Nociva.
30. Nociva.

CATALOGUS LIBRORUM,

Qui in Academica Universitatis Cassoviensis Soc. JESU Typographia usque ad annum 1748. impressi reperiuntur.

Nota, Lector, hic per denarios intelligi illos, quorum 5 faciunt 1. grossum.

LIBRI LATINI.		d.
ADhortatio ad Sacerdotes.	in Folio.	2
Alberti Magni Ord. Præd. Libellus de ad hærendo DEO,	in 12	5
Algebra ad Arithmet. usualem applicata.	in 12	10
Alphabeticus Lat. Ung.	in 8	3
- - - Latino Slavonicus.	in 8	3
- - - Germanicus.	in 8	3
Anonymi Belæ Regis Notarii, Historia Hung. de septem primis Ducibus Hung.	in 8	8
Arithmetica P. Schoti,	in 12.	5
Ars Metrica.	in 12.	10
Articuli Diætales Anni 1723.	in Folio	25
- - - - Anni 1729.	in Folio	15
Astiologus Scholâ Urbanitatis explicans,	in 12.	5
Aurora Æternitatis, precatorius.	in 24	15
Biesman Doctrina Moralis,	in 12.	10
Breviarium secularium, precatorius.	in 8.	30
Brevis instructio contra Pestem,	in 12.	2
Calendar. Astronom. pro An. currenti,	in 4.	15
Candidatus Rhetoricæ Juvencii,	in 12	20
Canisius Latino Ungaricus.	in 8	6
Cassovia Vet. & Nov. Chronolog. propos.	in 12	7
Catalogi pro Studiosorum nominibus.	in 4	2
Cellarii primitiva vocabula.	in 8	5
Chorographia Ungariæ Urbium.	in 12	15
Cicero Magnus Epistolæ Familiar.	in 8	35
- Item Parvus.	in 8	7
Circulus Marianus.	in 12.	2
Circulus Menst. Christian. cogitationum	in 12,	5
Comenta adversùs Rom. Eccl. refutantur.	in 12.	10
Continuatio Historiæ Ungaricæ cum titulo Fragmenta Hist. Ung. ab anno 1663 ad annum 1679 deductæ.	in 12	60
Cornelii Nepotis Vitæ Excellentium Imperatorum.	in 12	11
Corona Mariana Stellarum XII	in 12	5
Cosmographia, seu Philos. Mundi descr.	in 12	40
Deliberatio de conservanda pace per consili belli,	in 12	3
Deliciæ Eucharisticæ precatorius libellus.	in 24.	3
Dialectica.	in 12.	8

		d.
Dies veræ vitæ consecratus præparationi ad S. Mortem, Authore R. P. Josepho Maria Prola, è Soc. Jesu.	in 12.	10
Directorium Ecclesiasticum,	in 8	15
Dissertationes de laudibus Podagræ.	in 8.	2
Dobronoki S. J. Phrases Latino Ungar.	in 8.	10
Doctrina Christiana in Lumine Naturæ Fundata & per L. Anæum Senecâ olim tradita.	in 12.	5
Documenta Christianæ Politiæ, seu Regula vitæ.	in 12	5
Donatus Latino Bohemicus.	in 8.	10
Donatus Latino Germanicus.	in 8	11
- - Latino Ungaricus.	in 8.	8
Duplex Clavis Aurea, precatorius.	in 24.	3
Elegiæ, quibus clades deplorantur,	in 12	3
Eloquentia Pathetica singulares Virorum Illustrium affectus symbolis, & brevibus orationibus exprimens.	in 12	15
Epistola Sacerdotalis de occasionibus statui Sacerdotali perniciosis.	in 12.	5
Epithetorum Officina Bucellini.	in 8.	15
Epitome Chronologica rerum Ungaricarum P. Samuelis Timon è Soc. Jesu.	in Folio.	125
